Dissertationum Germanicarum Collectio

in qua fere omnes Iuris publici et privati materiae, a variis Germaniae Authoribus pertractantur

Tomus. I.

De Iure publico

Pars. I.

Elenchus Auctorum

I. Werlhofii |Joh.| Vindiciae Grotiani Dogmatis de Praescriptione inter Gentes liberas contra Petrum Puteanum. Helmstadij. 1746.

II. Gaertner |Caroli Guilielmi| De fundamento decidendi Controversias de Praecedentia inter liberas Gentes. Lipsiae. 1749.

III. ab Huldenberg |Georgij Ludov. Erasmi| Disquisitio Kressiana de aequilibrij alioque legali Juris Gentium arbitrio in Gentium Controversiis Pacis tuendae causa interponendo. Helmstadij. 1748.

IV. Schlösser |Georg. Rudolph.| De Praescriptione Regalium ad Jura Subditorum non pertinente. Halae Magdeburg. 1749.

V. Wildrogelij |Christiani| Commentatio de Jure Collectarum. Jenae. 1750.

VI. de Plessen |Christiani Siegfridi| De Foederibus Commerciorum. Lipsiae. 1751.

VII. Fleischeri |Jo. Laurentij| Quaestio an Princeps ex Factis sui Tutoris possit obligari. Halae Magdeburgicae. 1748.

VIII. StryKii. | Samuelis. | Commentatio de Iure Principis Subterraneo. _ Halae. 1748. _

JOH. WERLHOFII, JCTI.

VINDICIÆ

GROTIANI DOGMATIS

DE

PRÆSCRIPTIONE

INTER

GENTES LIBERAS

CONTRA

ILLVSTREM SCRIPTOREM GALLICVM

PETRVM PVTEANVM.

HELMSTADII,

EX OFFICINA SCHNORRIANA.

MDCCXLVI.

THESIS I.

Dum ferali ac diuturno bello maxima pars Europæ flagrat, &, qua vis armorum non penetrat, sensus tamen bellicæ tempestatis pertingit, passimque pacem aliquando redituram, sed honestam illam, sed tutam, piis votis Christianus orbis anhelat; haud alienam a temporum genio disserendi materiam fore credidi, quæ ad communem tranquillitatem gentium, nec rumpendum facile societatis humanæ vinculum inprimis respiceret. Vbi statim animo sese obtulit nobilis illa viri illustris, & quo jurium Regis Christianissimi intelligentiorem Gallia vix tulit, PETRI PVTEANI (*du Puy*) Regi quondam a consiliis & bibliothecis, contra HVG. GROTIVM, simulque & ALBERICVM GENTILEM, disputatio, *si la prescription a lieu entre les Princes Souverains?* præclarissimo operi varias dissertationes complexo, *touchant les droits du Roy tres Chretien*, quod Parisiis primum an. 1655. inde Rothomagi an. 1670. prodiit & in eo dissertationi *du droit du Roy au Royaume de Bourgogne contre les pretentions des Empereurs d'Allemagne* cap. 5. (a) inserta.

II. Neque vero, qui publici inter Gallos JCtorum principi pro H. GROTIO, sive potius, quam is egregie exposuit, veriori sententia, responderit, hactenus videre

(a) p. 353 ss. Edit. Paris. p. 2 8. ss. Edit. Rhotom.

mihi contigit, utut plurimorum induſtriam aureum de Jure Belli & pacis opus, vel ipſius auctoris judicio (a) inter opera ejus eminens, excitaverit & quotidie excitare videatur, gliscente in illud commentandi ac novum aliquid moliendi ſtudio, laudabili illo ſane, modo par in omnibus tanto operi & doctrina, & judicium, & diligentia reſpondeant (b). Equidem quæ ſuperiori anno una cum excellentiſſimi in hac diſciplina viri VLR. OBRECHTI obſervationibus, ut vocantur, nonnullis, lucem viderunt, politulæ Cl. TESMARI notæ, JCti elegantiſſime docti, uberem præ cæteris plerisque omnibus bonæ & venuſtæ eruditionis copiam ſpirant; an tamen abunde nobiliores paſſim controverſias, in quarum momentis penitius intellectis, uſuque propius commonſtrato, præcipuus forte operis illius fructus eſt, accurata inveſtigatione excuſſerint; perpendendum aliis, quibus ſufficiens talium intellectus relinquimus, quanquam ſuus cuique ſcopus. Neque de aliis quidquam in alterutram partem nunc afferre libet, niſi quod BOECLERI ante omnes doctrinam venerer, CVLPISIVM valde probem, Cl. vero GRASWINCKELIVS (ut id obiter adjiciam) riſum mihi aliquando moverit *epiſtola ad* ISAACVM GRVTERVM an. 1660. ſcripta (typis excuſam eſſe non credo) ita de FELDENO Grotii quondam adverſario fortiter debellato gloriabundus: *Inſultavit mortuo* LEONI (GROTIO) Janus Feldenus, *quem* ego *meis pro cognato vindiciis & ad illius notata ſtricturis, ut ſileret, adegi. Vindicias jam affectas habebat incomparabilis Conringius, M. D. ſed a me præventus calamum inhibuit. Doleo ſua vir tantus nobis quod inviderit. At magis ipſius Feldeni ſors mihi doluit, quem cum ab iſto ſcripto agere ſe bonis,*

(a) Epiſt. 196. append. (b) add. *Puſend.* Spec. controv. circa Jus N. c. 1. §. 5.

nis, doctisque invisum animadverteret, mœror inde conceptus professione primo, mox (sic ad Aquas Spadanas ante biennium intellexi) etiam vita depulit. Saltem XXX. annos Feldenus acerbis responsionibus ad GRASWINCKELII stricturas an. 1663. editis supervixit, tametsi de reliquo diffiteri nolo, quod ante nos etiam alii judicarunt, melius Cl. FELDENUM (quantumvis alicubi haud spernenda moneat) facturum fuisse, si a talibus ad GROTIUM annotatis abstinuisset.

III. Dignus GROTIO adversarius PUTEANUS, eidemque amicus (a) ac benevolus, ut ætate propemodum æqualis fuit, cum GROTIUS quidem annos 62. natus an. 1645. *Puteanus* 69. annorum senex an. 1651. vita excesserint (b). Summa utrique eruditio, fama nominis immortalis. sed imbuit, nisi valde fallor, Gallia PUTEANUM illis in proposita materia sententiis, quæ ad potentissimi Monarchæ dominatum latius protendendum, quam ad communem quietem gentium, concinnius quadrant. Siquidem pluribus sane scriptoribus Gallicis huiusmodi opiniones quasi communes hæsisse constat (c), sive revera eas sibi persuaserint, sive aliis potius serio persuadere voluerint, quam ut ipsi eas per omnia serio amplecterentur. Vidit idem & notavit *ipse* GROTIUS epistola an. 1644. scripta (d), unde verba observatu apprime digna depromam: *Galli in Flandriam quidem & Atrebates jura magna olim habuere: sed & abdicarunt per paces factas Francisci I. temporibus, quæ approbatæ sunt pace Verbinensi. In Catalanos autem jus repetunt a Caroli M. temporibus, ajuntque, contra Regnum Galliæ nullos valere temporum lapsus, ita sibi fingunt jura, quibus alia-*

(a) V. *Grot.* Epist. 198. (b) Vid. vit. utriusque in vitis a Batesio selectis Londini an. 1681. editis Grotii p. 420. Puteani p. 660. (c) vid. præter alios la Recherche des Droits du Roy & de la Couronne de France par Cassam editam Parisiis 1646 l. 1. c. 3. p. 168 & passim. it. Auberium des justes pretentions du Roy sur L' Empire c. 3.
(d) Epist. 738. in append.

aliarum gentium nulla assentiatur: quale est & jus, *quod vocans*, unionis, *ex quo cuncta semel a Galliæ Regibus possessa, etiamsi aliunde ei obvenerint, apud Regnum manere debent, exclusis iis, ad quos alioquin venire debebat hæreditas, ita ut, si Regnum perveniret ad Principem Condæum, is Navarræ Regnum habere deberet, exclusis iis, qui post Henrici IV. progeniem ad sanguinem Navarræ pertinere reperientur. Multa habent talia, in quibus sibi blandiuntur.* Scribit GROTIUS ista fratri suo, ut ex animi sententia sine fuco candide hoc judicium a magno illo viro prolatum dubitari nequeat. Cui etiam in de J. B. & P. opere eo defecatius judicium esse potuit (e), quo minus ibi ad singularia se demisit, ingenua insuper asseveratione (f) profiteri ausus, *sicut mathematici figuras a corporibus semotas considerant, ita se in jure tractando ab omni singulari facto abduxisse animum.* Scio quoque maximis viris suos nævos esse, suos errores, neque hominum numero in disciplina multis difficultatibus obsita GROTIUM eximere, vel ego, vel quisquam alius, sine summa & imperitia, & temeritate ausit. Certe integritatem tamen & excellentiam illius viri ipsa optimorum ingeniorum æstimatrix Gallia nunquam non agnovit, præclaro hospite suo dignissima olim nutrix, & mater quoque magni illius PEIRESCII, cui Grotianum de jure gentium opus, & ipsum in Gallia natum, posteritas potissimum debet (g). Nobis hic sufficiet unicum scriptoris gallici, certe ingeniosissimi, SANCT EVREMONTII (h) eximium profecto judicium apponere: *Que si Grotius,* inquit, *vivoit presentement, on pourroit apprendre toutes choses de ce savant universel, plus recommandable encore par sa* RAISON, *que par sa* DOCTRINE; *ses livres a son defaut*

(e) Conf. *Grot.* Epist. 49. append. (f) Proleg. §. 58. (g) V. *Grot.* Epist. 201. (h) *Oeur. melees* de S. Evremont. t. 3. p. 30. Edit. Paris. 1693.

faut eclairciſſent aujourd'huy les difficultez les plus importantes, &c, ſi la juſtice ſeule etoit ecouiée, ils pourroient regler toutes les nations dans les droits de la paix & de la guerre. Celuy de Jure Belli & Pacis *devroit faire la principale etude des Souverains, des Miniſtres & de tous ceux generalement, qui ont part au gouvernement des peuples.*

IV. Sed ab auctoritate quidem ſola Grotiano dogmati præſidium nequicquam quæras, niſi quod contrariam opinionem valde ſuſpectam eſſe appareat, dum pro temporum, locorumque genio maxime applauſum invenit, & ab aliis incorrupto judicio rem examinantibus improbatur. Nam quod PVTEANVS in ipſo limine ab auctorum numero præſcriptionem inter ſummos principes neganti ſententiæ aliquid roboris accerſere, contra ea affirmantis pondus elevare videtur, quando ita ſcribit: *les uns, qui ſont en peu de nombre, tiennent l' affirmative les autres la negative*, validi argumenti vim non habet. Me, ut verum fatear, quamlibet magna diſſentientium doctorum multitudo minus ſolidis fundamentis nitens, maxime in publici Juris controverſiis, parum movet, de quo alibi plenius actum memini (a). Et nec graves præter GROTIVM contrariæ ſententiæ aſſertores, magno etiam numero, deeſſe, ſatis, ubi ad rem ipſam ventum erit, pateſcet.

V. Sequemur *nos* PVTEANI præeuntis ductum, & quam ille *initio* proponit, affirmantem GROTII ſententiam uberius atque diſtinctius proponemus & explicabimus, genuinis rerum fundamentis, enucleatius commonſtratis, *poſtea*, quæ in contrarium ille movet, videbimus, examinabimus, diluemus.

VI. Vt lucide STATVS QVÆSTIONIS formetur, in qua diffi-

(a) Præſid. Diſſert. de uſ. jur. Rom. in decid. controv. lib. G. §. 26. ſſ.

difficultatem GROTIUS pariter & PUTEANUS agnoſcunt, intelligendum eſt, (a) non de ea præſcriptione quæri, quæ civilis juris regulis conſtat, & ab hujus interpretibus exponi ſolet, ſed in genere illud controverſiæ ſubjici, *an ulla uſucapio aut præſcriptio inter populos diverſos, eorumve rectores, locum habeat?* vel ut aliis verbis rem eandem afferam, *an diuturna aliqua poſſeſſio validum dominii vel imperii titulum gentibus liberis, earumve rectoribus præbere poſſit?* Quæ enim jure civili mero nituntur populos liberos non obſtringere in aprico eſt. Negat igitur quæſtionem de uſucapione vel præſcriptione *proprie* dicta (b), id eſt, de ea, quæ ſolo temporis lege præſcripti lapſu nititur, ipſe GROTIUS, ut *lemma* §.1. *c.*4. *l.*2. *&* §. *ipſe* 1. ibi. *tempus enim,* it. *verſ. quod verum videtur*, juncto §. 3. haud obſcure indicant; de ea, quam certi temporis limitibus haud æque incluſam, ſed ex ipſo Naturæ, Gentiumque jure robur trahentem, ad ſimilitudinem prioris illius per civiles leges introductæ MINUS PROPRIE uſucapionem vel præſcripſionem appellare poſſis, non item; quicquid hic de genuino GROTII ſenſu cum GRASWINCKELIO (c) digladietur FELDENUS, more quidem huic adverſariorum pari haud adeo inuſitato, ut acriter, etiam ſenſu GROTII aut quid vere in quæſtionem veniat, parum intellecto, inter ſe collidantur.

VII. PUTEANUS, præcipuas *affirmantis ſententiæ rationes* allaturus, iſtas producit *primam*, ne de regnorum finibus in perpetuum contenderetur, *alteram*, cujus a priori diſcrimen vix apparet, quod bono publico pacis conſervandæ gratia uſucapio introducta, *tertiam* ex communi gentium conſenſu petitam, nam quæ a præſcriptionum circa privatos jure argumenta ſumantur, minus inter ſupre-

(a) Add. *Obrecht.* ad Grot. l. 2. c. 4. §. 1. (b) *add. inf.* §. 19. (c) *p.* 11.

supremos principes habere ponderis. Argumentis porro exempla ex GROTIO & GENTILI subjungit.

VIII. *Sed nec* PUTEANUS mentem & fundamenta GROTII aut percepit satis, aut satis dextre proposuit, id quod evidenter omnia accuratius examinanti liquet.

IX. Allata in medium de usucapiendi jure controversia GROTIUS erudite admodum incedit, & priusquam veros & maxime genuinos decidendi fontes aperiat, præparat ad illos viam, gravibus in utramque partem dubitandi rationibus, sed quæ aliquo modo etiam ad decisionem valeant, præmissis. *Initio* contra usucapionis inter liberas gentes usum insigne momentum profert ex Cl. JCto Hispanico FERDINANDO VASQVIO (a), quia præscriptioni ex solo iure civili origo, inter eos, qui civili juri non subsint, eam valere non posse; firmatque VASQVII rationem eo fundamento, quod tempus ex suapte natura nullam habeat efficaciam, adeoque solus temporis lapsus jus alterius exstinguere aut dominium cuiquam naturaliter parere non possit. *Mox* probata quodammodo VASQVII sententia, *in partem alteram*, cur simpliciter illa admitti nequeat, validam dubitandi rationem (quæ porro ad penitiorem rei decisionem deducat) vers. *atqui id si admittimus*, promit; fore enim, si nulli temporum lapsus inter summos Principes, liberosque populos valeant, controversias de regnis, regnorumque limitibus immortales. Quod & bellis perpetuum fomitem suggerat, & communi gentium consensui repugnet. *Prius* illud per se manifestum, &, quæ civilis inter privatos usucapionum juris primaria utilitas est, (b) ut litium finis sit, eo magis inter diversos populos locum habet, quia inter hos nullus communis judex, & armis omnia,

 ubi

(a) p. 1. Contr. l. 2. c. 48. n. 28. (b) L. 5. ff. pro suo.

ubi amice res componi nequit, disceptanda; *posterius* exemplis & auctoritatibus GROTIVS §. 2. firmat.

X. Inter *exempla* memorabile est, quod *ex sacris literis*(a) adducitur, *Jephthæ*, trecentorum annorum possessionem Ammonitarum Regi, terras inter Arnonem & Jabocum, & ab Arabum desertis ad Jordanem sitas vindicaturo, objicientis. Quæ enim OSIANDER (b) FELDENVS (c), TESMARVS, circa illud monent, usui, in quem GROTIVS adduxit, non officiunt (d). Et quod tacite PVTEANVS quoque innuere videtur, Jephtham ex Divina concessione justitiam tituli desumere, etiam longævæ possessionis objectionem ab eodem Ammonitarum Regi factam non excludit (e). *Locum Isocratis*, ex Archidamo, probandæ præscriptionis, circa possessiones non privatas solum, verum etiam publicas, justitiæ communem omnibus persuasionem allegantis perinsignem esse, contra sequiorem FELDENI interpretationem ostendit BOECLERVS (f), quin ipse PVTEANVS verba Græca ἅπαντες νομίζουσιν satis significanter expressit, *que personne n' ignoroit.* Quibus fere non dissimilia in scripto Gonzage apud THVANVM (g), tametsi exemplis (h) sine discrimine cumulatis, inculcantur: *Principes si rogentur, quo titulo tot provincias possideant, aliud, quod respondeant, non habere, quam eas ita a parentibus accepisse. Philippum reposcentibus Neapolis & Siciliæ Regna, Mediolanensem Principatum, Regnum Navarræ, Placentinam arcem, Cameracum, Brabantiæ Principatum, non aliud respondere solitum, quam ea ita a patre accepisse: eodem titulo Venetos multas Austria-*

(a) Judic. XI, 26. (b) p. 709. f. (c) p. 148. (d) Conf. Obrecht. ad Grot. L. 2. c. 4. §. 2. p. 1090. Henning. ad eund. loc. p. 399 (e) add. Pufend. de J N. L. 4. c. 12. §. 11. (f) p. 105 add. Obrecht. & Tesmar. (g) L. 59. p. 89. (h) vid. Boecl. ad Grot. L. 2. c. 4 p. 105. f.

Austriacæ Domus ditiones, Mantuanorum Principum, Ferrariensium & Carrariorum olim, Brixiam denique Episcopis ademtam, retinere, nec si rogetur Etruriæ Dux, ut Senensium Reip. libertatem antiquam restituat, si Pontifex, cur Bononiæ & Anconæ statum antiquum immutaverit, aliud responsuros, & si lex sit, ut principes, quæ a majoribus usurpata possident, restituere teneantur, ad summas angustias plerosque, qui nunc late regnant, redactum iri. Neque *cætera* apud GROTIVM §. 2. & apud PVTEANVM pro affirmante sententia ex historiis adducta robore aliquo aut probabilitate carent. Vnicum illud, quod ex Tacito (i) affertur Regis Parthici Artabani, veteres Persarum ac Macedonum terminos reposcentis, seque invasurum possessa Cyro & post Alexandro minitantis, vaniloquentiam (*vanterie*) notante, velut uno verbo superstructum, PVTEANVS admodum debile esse monet, GROTIVS tamen amplius & in textu, & in notis idem illustrat. Et risit profecto etiam nostrum seculum similis vaniloquentiae in AVBERIO, aliisque scriptoribus gallicis specimina, dignissima hoc elogio vel ipsius Galliæ sapientiorum judicio, in quibus non male SILHONVS (k): *nous aurions tort de vouloir recouvrer les pertes des premiers successeurs de Charlemagne, & deterrer ces* VIEILLES QVERELLES, *dont a grand peine l' histoire a pu conserver quelque vestige, qui fut entiere & quelque lumiere, qui ne fut point troublée.* CVRTINVS (l) vaniloquentiam hic reddidit, *paroles perdues* μυθικὰς καὶ παλαιὰς ἀποδείξεις, *fables & vieux contes.* Vtinam tamen ex turbidis illis fontibus non pestiferas vicinis Galliæ gentibus prætensiones deductas nostra ætas vidisset! Sensit certe eas Germania; neque falso in

 aula

(i) Annal. VI. 3. (k) Le Ministre d' Etat par le Sieur de Silhon. p. I. l. I. c. II. p. 77. Edit. Amstelod. 1664 (l) p. 78.

aula cæsarea HOCHERVS (m): *Gallum prætensiones suas superstruere non solum paci Monasteriensi, sed etiam Legi Salicæ, ac juribus Caroli Magni, uti e negotio Weissenburgico appareat*, & Austriacus Legatus Reginoburgi an. 1682. (n): Gallicam *propositionem profiteri, Gallo plures eis & trans Rhenum prætensiones esse, non expresso, num ex utraque pace, an ex* FICTITIO IVRE *Caroli Magni, Dagoberti aut aliorum promanent.* Ipse Wilhelmus Furstenbergius Argentoratensis Præsul ad legatum Brandenburgicum an. 1681. non tam ex animi sententia, quam ad rem apposite (o): *Tempus esse, a Gallo reunionibus & dependentiis finem imponi. Se impressum decretum accepisse, quo Stabloensis Præsulatus inter dependentias referatur, cum tamen demonstrari queat, eum ante sexcentos annos Archiepiscopatui Coloniensi annexum, eoque R. Imperii membrum fuisse. Ad ejus fundationem quidem Comitem quempiam, qui Regis Dagoberti vasallus fuerit, aliquid contribuisse. Sed si omnia ad prima principia revocanda sint, ipsum Galliæ Regnum Romano imperio subjiciendum.* Quem ultimum denique GROTIVS adducit, locus *Ciceronis* in libro secundo *de officiis* ad æquitatem, quæ non sinat multis annis aut etiam seculis possessa amitti, tam diserte provocantis, profundiorem haud dubie præscriptionis originem, quam ex jure civili, indicat.

XI. Firmatis igitur in utramque partem non tam plene decidendi, quam gravissimis dubitandi rationibus, sed ad plenam decisionem aditum parantibus, ad ipsos porro *genuinos decidendi fontes* GROTIVS §. 3. accedit. Nec aliam illi mentem esse, verba, quibus §. 3. auspicatur, arguunt: *Quid dicemus?* quasi diceret: Vidimus in u- „ tramque partem valida rationum pondera, &, quæ „ priori

(m) ap. Pufend. L. 18. rer. Brandenb. §. 61. (n) ibid. §. 54. (o) ibid. §. 38.

priori ſententiæ opponuntur, ita probabilia eſſe, ut ſim- „
pliciter quidem & abrupte cum FERDIN. VASQVIO omnem „
uſum & efficaciam longævis poſſeſſionibus inter gen- „
tes liberas detrahere vix liceat. Quid igitur dicemus? „
anne falſum eſt, ſaltem parte ex aliqua, id, quod Vas- „
quius ponit, jus præſcriptionis mero civili jure niti? „
atqui tempus per ſe nullam vim habere certum eſt, cer- „
tum id quidem; ſed, ut nihil fiat a tempore, nihil ta- „
men non fit in tempore, anne igitur ſecluſa ſpeciali „
indole ac definitione certi temporis, quam civilia ju- „
ra præſcriptioni tribuunt, aliquod nihilominus funda- „
mentum ex jure vel naturali, vel gentium, vel utro- „
que ſubeſt, quod longævis poſſeſſionibus eam firmi- „
tatem conciliet, ut etiam inter gentes liberas allega- „
ri poſſint? Videndum de iſtis erit paulo ſubtilius & di- „
ſtinctius. Hinc §. 3. *& quatuor ſequentibus* de vi poſſeſſionis longævæ ex jure naturæ, deinde §. 9. de jure gentium agit.

XII. Quantum ad *Naturæ jus*, unde in ſummos quoque populorum rectores obligatio manat, GROTIVS rem omnem ad univerſalia principia revocans, *genuinum præſcriptionis fundamentum in derelictione* veteris domini ex diuturnitate temporis, quo alium rem tranquille posſidere paſſus eſt, præſumta & *eam ſecuta aut ex ea vim novam capiente occupatione* collocat. Quam internam uſucapionis rationem etiam romanis JCtis obſervatam apparet ex illo Pauli (a): *vix eſt, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi: Eum quoque alienare dicitur, qui non utendo amiſit ſervitutes.*

 XIII.

(a) L. 28. D. de V. S. add. L. 15. §. 21. D. de damn. inf. L. 47. D. de acquir. vel am. poſſ. L. 17. §. 1. D. de uſur. L. 203. D. de Reg. J.

XIII. Sane occupari ab alio (a) id, quod noſtrum eſt, ſine facto aut voluntate noſtra, jure non poteſt; abdicare ſe jure ſuo & dominio rei, cujus moderator eſt & arbiter, eamque derelinquendo, occupandi copiam alteri facere, poteſt quilibet, cum res (b) ad primævam naturam, ut in nullius dominio ſit, reverſa occupanti cedat. Velle autem tunc demum aliquid videmur, quando externo ſigno animum declaravimus (c), quoniam, quæ in animo recondita delitescunt, juris inter homines effectu carent. Quod ſi ſufficienti indicio voluntatem ſuam aliquis prodidit, ut pro veris, quæ luculenter declarata ſunt, habeantur, & contra eum, qui indicavit, valeant, ipſa utique humanæ ſocietatis ratio flagitat.

XIV. Jam perſpicuum eſt, non ſolum *expreſſe verbis*, *vel* ore prolatis, *vel* in ſcripturam redactis, jus remitti poſſe, verum etiam *tacite*, ſive, *factis* id fiat proprie & ſtricte dictis, veluti ſi (a) cum alio Principe, tanquam ejus, quam is posſidet, ditionis domino, antiquior dominus contrahat, ſive *non factis*, quippe quæ cum debitis circumſtantiis conſiderata pariter factorum nomine in morum & juris (b) materia intelliguntur. Poſſe quidem etiam ex non factis conjecturas humanæ voluntatis capi, exemplo conſenſus ex ſcientis & præſentis ſilentio colligi communiter ſoliti, GROTIUS §. 5. illuſtrat, tametſi vix communem regulam ſubeunt, quæ de tacentis conſenſione disquiri poſſunt; & pleraque pro diverſis circumſtantiarum momentis, in quas Gro-

(a) L. 11. D. de Reg. Jur. (b) L. 2. §. 1. D. pro ſuo. Huber. p. 1. Digreſſ. l. 4. c. 36. §. 1. (c) add. Vinn. §. ult. Inſt. de hered. qual. & differ. n. 6.

(a) Conring. c. 19 de fin. Imp. §. hiſce poſitis verſ. ſi pro derelicto. (b) §. 7. Inſt. de verb. obl.

GROTIVS quoque digitum intendit, dijudicari debent (c); neque nulla ſunt, quæ circa derelictionem rerum naufragio amiſſarum haud illico præſumendam, ubi recipi poſſe non credantur, HVBERVS (d) poſt BOECLERVM (e) monet. Plane ubi quis rem ſuam ab alio teneri ſcit, nec quicquam contradicit multo tempore, eum, niſi cauſa alia (de quo ſeq. §.) manifeſte appareat, non videri id alio feciſſe animo, quam, quod rem illam in ſuarum rerum numero habere nollet, recte GROTIVS concludit, lucem aſſertioni *n.* 2. addens ſimili a conſuetudine petito, quæ ſicut mera ſummi imperantis patientia ac taciturnitate, indeque præſumto conſenſu in eam auctoritatem ſæpe numero invaleſcit, ut vel ipſius ſcriptæ legis ſibi adverſæ robur omne enervet (f), ita, quo minus patientia ac ſilentio domini vis dominii extingui & in alium id transferri poſſit, cauſa diſcriminis haud apparet (g).

XV. Cum autem duo ſint interna agendi principia, *ſcientia* ac *voluntas*, bene GROTIVS, ut ad derelictionem præſumendam ſilentium ſufficienti efficacia polleat, duo *n.* 3. requirit, I. ut ſilentium ſit ſcientis, II. ut libere volentis. Enimvero, quæ ex ignorantia profluunt, pariter & quæ vis expreſſit, ſecundum moralis philoſophiæ regulas (a) pro invitis habentur. Si ergo propterea nihil aliquis pro ſuo jure agit, quia illius ignarus eſt, fraudi

(c) Teſmar ad Grot. L. 2 c 4. §. 5. lit. c. add. Ziegler. ibid. p. 255. Uffelm. de jur. quo hom. homin. oblig. in ſerm. c. 5. n. 10. (d) p. 1. digreſſ. Juſtin. l. 4. c. 26. §. 2. (e) p. III. de rebus tamen deperditis quid Talmudici ſtatuant vid. ap. Selden. de J. N. & G. L. 6. c. 4. p. 714. ſſ. (f) L. 32. §. 1. D. de Leg. & ibi Brunn. (g) Teſmar. ad Grot. L. 2. c. 4. §. 5. lit. k. Obrecht. ibid.

(a) Ariſtot. III. Eth. ad Nic. 1.

fraudi id ei eſſe non poteſt ob conſenſionis defectum (b). Et, ſi alia ſilentii cauſa abeſt, ut ſi vi vel gravi metu impeditum nihil egiſſe conſtet, voluntatis conjectura ceſſat. Vnde ex civili quoque jure (c) translatitium eſt, agere non valenti præſcriptionem non curerre. Exemplum Eſtenſis, ſcientiam juxta atque liberam ſcientis voluntatem, probandæ præſcriptioni in cauſa Regii, quod Gonzagis erreptum Wenceslaus Imp. reddi volebat, licet ſpecioſe magis, ut fieri perſæpe ſolet, quam vere, allegantis, ex POSSEVINO refert & examinat BOECLERVS (d): *præſcriptam civitatis illius poſſeſſionem, quam tot annos in pace habuerit. Carolum (IV.) dum Italiam teneret, non conſilio non vi obſtitiſſe, ſed ſilentio annuiſſe, quod enim voluntatis ſummæ certius teſtimonium, quam, cum nutu obtemperetur, ne biſcere quidem? an ignorationem in eo Imperatore fingi poſſe, qui, cum Italiam omnem triumphis luſtraverit, Mantuæ apud querentes diu ſubſtiterit, non tamen paruerit?*

XVI. Nolim tamen ego, dum voluntatem derelinquentis nec ignorantia impeditam, nec metu coactam, cum GROTIO hic requiro, nimis laxe & quaſi in infinitum id extendi. Nam nec (a) ſupina inſcitia ad rerum ſuarum occupationem tacentis derelictionem excludet, cum, qui id ignorat, quod ſcire poteſt & debet, inſtar utique ſcientis ſit (b). Et etiam majoris tam mali metus, quam boni exſpectatio exprimere actionem poteſt, quæ pro voluntaria potius, quam invita habe-

(b) L. 10. C. de donat. Barboſ. l. 9. c. 7. ax. 17. 18 19. add. l. 76. D. de Reg. Jur. (c) L. 1. §. 2. C. de ann. exc. l. 30. C. de jur. dot. H. de Roy. de eo, quod juſt. eſt l. 3. tit 8. n. 5. (d) ad Grot. p. 111. ſ.

(a) Conring. c. 19. de fin. Imp. §. hiſce poſitis verſ. at vero nec ſupina.

(b) Ariſtot. III. Eth. Nic. 1. n. 39. L. 205. D. de Reg. Jur. H. de Roy l. 3. tit. 8. n. 1. ſ. Klock. t. 2. conſ. 48. n. 144. ſſ.

habeatur, ut ex iis (c), quæ de actionibus mixtis a moralibus philoſophis traduntur, notum eſt. Cujus generis actiones, niſi voluntariarum numero cenſeantur, pleroſque hominum contractus irritos fore, & humanam ſocietatem everſum iri, in hac ipſa præſcriptionis materia probe a CONRINGIO (d) monitum reperio.

XVII. Sed & *fieri vix poteſt, ut multo tempore res ad aliquem pertinens non aliqua via ad ejus notitiam perveniat, cum multas ejus occaſiones ſubminiſtret tempus.* Pariterque etiam *metus* ſemel incuſſus *durare quidem nonnihil creditur, ſed non perpetuo, cum tempus longum multas occaſiones adverſus metum ſibi conſulendi per ſe, vel per alios, ſuppeditet*, ut præclare porro GROTIVS (a) obſervat. Saltem de jure ſuo teſtandi, illudque profitendi copia quomodo intra diuturnum tempus deeſſe poſſit, haud facile apparet, qua ſi aliquis non utatur, nihil ſupereſt, quam ut animum retinendi dominii abjeciſſe exiſtimetur (b). Vt igitur cum ſcientiæ, tum voluntatis, quantum ad derelictionem ſatis eſt, adfuiſſe præſumatur, valent quidem & aliæ conjecturæ, neque ſemper ad indicium derelicti imperii longæva aliqua poſſeſſio requiratur, (c) cum respublicæ, inprimis quæ civiliter gubernantur, citam fere, ſedulamque curam flagitent; quæ ſi ab imperante negligatur, ipſa illarum natura eas ad alium quodammodo devolvere videtur. Sed præcipue temporis in utrumque magna vis eſt, ipſo

 inſu-

(c) Ariſt. III. Eth. Nic. l. n. 6. ff. Grot L. 2. c. 11. §. 7. n. 2. l. 21. §. 5. D. quod met. cauſ. l. 22. D. de rit. nupt. (d) c. 10. de fin. Imp. §. hiſce poſitis. verſ. niſi enim illæ.

(a) L. 2. c. 4. §. 6. ubi add. Teſmar. (b) add. Bœcl. ad Grot. p 218. (c) Conring. de fin. Imp. c. 19. §. hiſce propoſitis. verſ. ſexto denique. add. Bœcl. ad Grot. p. 120. Puf. L. 4. c. 1. §. 11. Conf. tamen Hennig. ad Grot. p. 405.

insuper Deo (d) mutante tempora & ætates, transferente regna & constituente. Quo diutior itaque possessio est, eo firmiorem pro possessore præsumtionem pariet.

XVIII. Quodsi tot annorum spatium effluxerit, ut nec possessionis initium ullus hominum meminerit, ecquid (a) aliud credi potest, quam, quæ tanto tempore duraverunt, jure & legitime constituta esse? Et hoc est, quod uno ore omnes (b) affirmant, præscriptionem temporis, cujus initii memoria non adsit, optimi, validissimique tituli, qualis ullo modo excogitari aut haberi possit, instar esse. Cui proinde nec subsequens interruptio vel detectio juris alieni, quo vetustior dominus gavisus, aut præscriptione jam completa superveniens mala fides (c) officient. Ac ne nomine quidem præscriptionis ea, quam *immemorialem* vulgo, aut *immemorabilem* doctores vocant, in jure civili venit, sed *vetustas* (d) dicitur. Cujus vis cum ab ipsa rerum humanarum conditione ortum capiat, ex eodem fonte & illud manat, quod adjecta legi aut dispositioni cuicunque clausula quantumlibet generalis omnem præscriptionem excludens eam tamen, quæ tempore memoriam excedente nititur, non elidat (e).

XIX. Imo nec probationem in contrarium, ubi tempus

(d) Daniel II. & IV. 14. Eccles. X, 8.

(a) Hug. de stat. region. Germ. c. 6. §. 25. (b) L. 3. § 4. D. de aq. quot & æst. L. 1. §. ult. L. 2. pr. §. 1. §. 3 L. ult. D. de aqu. & aqu. pluv L. 13 in f. D. de pollicit. Tusch. lit. T. concl. 40. Coccin. dec. 1817. n. 2. f. Klock t. 2. cons. 48. n. 83. ff. Gars. de expens. c. 9. n. 16 ff. (c) Card de Luca t. 3. p. 1. tr. 1. de judic. n 64 Sperell. dec 69. n. 9. Valer. differ. utr. for. v. Præscriptio, Diff. 6. (d) L. 1 in f. L. 2. pr. L. ult D. de aq. & aq. pluv. (e) Tusch. lit. T. conclus. 40. n. 88. Matth. de Afflict. dec. 254. n. 5. Klock. t. 1. cons. 10. n. 654. it. t. 2. cons. 48. n. 225. Tab. l. 4. c. 85. ax. 26.

tempus memoriam excedit, admittendam esse, pariterque de bona ac mala possessoris fide, veteris item domini scientia ac patientia disputationem hic cessare, multi (a) censent. Additurque a nonnullis (b) ratio, quod immemoriale tempus futurum non sit, si ponas, malæ fidei, quæ ab initio intervenerit, memoriam aliquam constare. Quæ simpliciter forsan haud repudianda fuerit, quatenus *laxiori sensu* eam *præscriptionem* (c) *immemorialem* vocare libet, in qua de possessionis initio neque ex visu, auditu, traditione, neque etiam aliunde constat, non (d) quod omne principium illi defuerit, (nam id quidem esse non potest) sed talis principii memoria, cui possessionis causa referatur. Sane enim quæ hujus generis est præscriptio, non tam nuda prioris domini derelictione, quam absolute præsumta exclusione omnis alieni juris ex quolibet validissimo titulo generaliter fundata videtur, & multum movere dubii, ubi ob defectum omnis memoriæ res in obscuro est, nihil fere aliud fuerit, quam oleum operamque perdere, & pugnare cum tenebris.

XX. Verum magis esse, ut *strictiori sensu* memoria in præscriptionis materia, *non tam de monumentis scriptis, id est, de fidelissimo memoriæ genere*, quorum beneficio per multa secula res propagari possunt, *sed de traditione auditionis*, accipiatur, vidit etiam, monuitque

 in

(a) Honded. t. 1. conf. 79. n. 11. Mynf. cent. 1. Obf. 30. Klock. t. 3. conf. 48. n. 94. 113 ff. & t. 1. conf. 11. n. 319. Tusch. lit. T. concl. 40. n. 50. 76. passim. Balb. de præscr. 127. f. (b) Faber. Cod. L. 7. tit. 13. d. 2. n. 9. (c) Klock. t. 2. Conf. 48. n. 35. add. Card. de Luca t. 4. tr. 2 p. 3. de alien. disc. 3. n. 12. (d) Card. de Luca t. 1. tr. 2. p. 1. de jur. patron. disc. 57. n. 28. T. 3. tr. 1. p. 1. de judic. disp. 21. n. 50. f. T. 4 p. 3. tr. 2. n. 12. & 20. ad. Klock. t 2. conf. 48. n. 101.

in ad GROTIVM annotatis (a) BOECLERVS. Quo ipſo ſenſu & Grotiana iſta intelligo (b): *Quia tempus memoriam excedens quaſi infinitum eſt moraliter, ideo ejus temporis ſilentium ad rei derelictæ conjecturam ſemper ſufficere videbitur, niſi validiſſimæ ſint in contrarium rationes.* Certe apud Tullium (c) diſerte ſibi invicem opponi videas hominum memoriam, & notitiam, quæ ex hiſtoriis petitur: *non ex memoria,* inquit, *veſtra, ac patrum veſtrorum, ſed ex annalium monumentis atque ex Regum commentariis.* Neque aliud in probatione temporis memoriam excedentis ſpectat Paulus (d), quam ut nemo ſit, qui meminerit, ſed omnium hæc ſit opinio, nec audiſſe, nec vidiſſe, neque ex eis audiſſe, qui vidiſſent, aut audiſſent, & hoc infinite. Quo minus mirum eſt, multos civilis juris principiis innutritos (e) cum immemoriali præſcriptione centenariam confundere conſueviſſe, cum centum annos tanquam tempus aliquod infinitum & ultimum vitæ & memoriæ humanæ conſideraverint (f). Suggerit tamen vel ſola nominum diſcrepantia, quod *a prudentioribus JCtis* (g) *notatum* GROTIVS quoque ſequitur, *non plane idem eſſe tempus memoriam excedens cum centenario.* Ecquis enim dubitet, poſſe aliquando humanam

(a) p. 119. add. Alb. Gentil. de J. B. L. 1. c. 22. p. 173. f. (b) L. 2. c. 4. § 7. (c) orat. pro C. Rabir. n. 15. (d) L. 28. D. de probat. add. L. 2. § 8. D. de aq. & aq. pluv. R. I. ann. 1548. §. Wann auch 56. ibi: in Menſchen Gedächtnüß §. 59. Hätte aber ibi: innerhalb Menſchen Gedencken. § 64. Wo aber innerhalb Menſchen Gedencken. (e) Balb. p. 2 q 6. n. 21. 24 p. 128. f. Molin. in Conſu. Pariſ. t. 1. §. 8. gl. 1. n. 81 in f. (f) arg. L. 23. C. de SS. Eccleſ. L 56. D. de uſufr. Knich. de jure terr. c 2. n. 26. add. Klock. t. 1. conſ. 14 n. 79 et Conſ. 16. n 2. (g) Carpzov. p. 2. conſt. 1. def 7. Card. de Luca t. 3. tr. 1. p. 1. de judic. diſc. 21. n. 43. ff. Covarr. c. Poſſeſſor. p. 2. §. 3. n. 6. Hering. de molend. q. 11. n. 72.

manam memoriam, etiam, quæ ex traditione & auditu eſt, ultra centum annos, extendi, pariterque fortaſſis & infra illud ſpatium nonnunquam conſiſtere; *quanquam*, bene idem addente GROTIO, *ſæpe hæc non longe abeunt*, quia, quantumvis longiſſime humanæ vitæ terminum extendas, ſaltem communiter centum annos haudquaquam exceſſurus eſt (h), &, triginta (i) circiter annis vel paulo amplius in ſingulorum hominum ætates vel generationes computatis, inter ſeculum eorum, quæ cum ipſi viderunt, tum a parentibus & avis audiverunt, memoria terminabitur. Plane ubi longius ultra ſeculum, quæ auditui innititur, memoria aſſurgit, ipſa tandem longinquitate auctoritatem amittet; (k) etſi de reliquo generaliter certis annorum ſpatiis tempus, quod excedit memoriam, includi ipſa rerum natura haud permittit (l). Haud exiguam vero præſcriptionis immemorialis præ centenaria prærogativam etiam illud arguit, quod in hac titulum doctores (m) exigunt, quoties jus reſiſtit, cum in illa titulus ultro præſumatur. Coloratæ centenariæ poſſeſſionis ſpecimen apud GROTIUM occurrit in epiſtola an. 1640. ſcripta (n), unde verba ſubjicio: *Quod Imperator Mediomatricum Civitatem ad proventum vocavit, uſurpandi juris cauſſa factum apparet: at Rex Galliæ etiam umbras omnes juris imperii Germanici inde abſtulit, & Parlamento inſtituto plane illam urbem jam ut veteris Galliæ ac deinde Francici Regni partem poſſidet*, TOTIUS SECULI POSSESSIONEM REPETITIS EX ANTIQUO HISTORIIS COLORANS.

(h) Brunn. ad l 23. C. de SS. Eccleſ. n. 14. Conf. Teſin. ad Grot. L. 2. c. 4. §. 7. lit. c. (i) Teſin. ibid. lit. f. (k) Bœcl. ad Grot. p. 119. (l) Conf. Puſendorf. de J. N. l. 4. c. 12. § 9. (m) Covarr. c. poſſeſſor. p. 2. §. 3. n. 6. & L. 1. Reſ. 17. n. 7. Tuſch. lit. T. concl. 39. n. 2. (n) ep. 1412.

RANS. Animoſius, veriusque in bona cauſſa, qui imperii jura contra Galliam an. 1680. deduxerunt, ad immemorialem poſſeſſionem provocare legas apud PVFENDORFIVM (o): *Longe iniquius eſſe*, (plura parum æquitati congrua præceſſerant) *Status immemoriali, quin plurium ſeculorum poſſeſſione nixos ad editionem ſuorum titulorum* CONTRA OMNIA JVRA *cogere. Hoc enim modo omnes totius orbis poſſeſſiones & dominia incerta redditum iri.*

XXI. *Forte aliquis dixerit*, eorum maxime, quæ publice geſta ſunt, utut deſit, ex auditu memoria, claram nihilominus, quantumlibet ante plura ſecula contigerint, notitiam haberi poſſe, ſi, lux temporum, hiſtoria accedat (a): qua de cauſa exiguum Grotiani dogmatis de vi temporis memoriam (ſolo videlicet auditu ac traditione fultam) excedentis, in decidendis liberarum gentium litibus fructum fore, niſi forte circa res vetuſtate nimia obſcuras controverſiæ moveantur. *Quid ſi* enim *vitioſam originem acquiſitionis & poſſeſſionis quamlibet longævæ, & ultra ſeculum, imo & plura, procurrentis, hiſtoria, aliaque fide digna monumenta detegant, habebitne adhuc locum præſcriptio, quam ſtrictiori ſenſu immemorialem diximus?* De titulo primitivo, qui vel nullus adfuerit, vel invalidus aut injuſtus, quæſtionem formari patet, non de aliis, ſi qui (b) juvandæ forſitan, firmandæque præſcriptioni accedunt; quandoquidem plura aſſerendis juribus fundamenta, dummodo ſibi invicem non obſiſtant, cumulari, nec ſine fructu, poſſe, notum

(o) L. 18 rer. Brandenb. §. 15. p. 1309.
(a) Teſm. ad Grot. L. 2. c. 4. §. 7. lit. a. Vid. Eiſenhard. de fide hiſtor. c. 4 ſſ.
(b) Card. de Luca t. 4. tr. 2. p. 3. de alien. diſc. 2. n. 9. in f. & diſc. 3. n. 18. f. it. t. 5. tr. 2. de regal. n. 6. 8. 9.

tum eſt; & in publicis utique controverſiis (c) præter uſucapionem facile item alia, ad quæ provocare liceat, plerumque occurrere conſueverunt. *Si communem plurimis* (d) *hic doctrinam ſequimur*, certum, idque vitioſum, poſſeſſionis primordium præſcriptionem immemorialem omnino excludit, quia ipſa hujus ſubſtantia dificit, cum de principio eidem adverſo liquet (e). Vbi enim primordium aperte vitioſum eſt, (f) ſcientia & retentio rei alienæ malam fidem inducere videntur, perpetuum omnis præſcriptionis impedimentum, ſive canonici juris regulæ (g), ſive, ad quam propius iſtæ accedunt, naturalis juris ſanctimonia ſpectentur, (h) *cum per introducta rerum dominia obligatio intelligatur omnibus hominibus injuncta, quantum in ſe eſt, efficiendi, quo quisque re ſua, quæ citra domini conſenſum apud ipſos eſt, iterum potiatur.*

XXII. *Nobis ita videtur:* I. malæ fidei quidem probationi contra eam utique poſſeſſionem, quam preſſius immemorialem vocari diximus, ob adductam rationem omnino locum (a) eſſe, neque alii tamen, quam (b) claræ, plenæ, & certæ, minime vero ubi dubia, ut perſæpe

(c) vid. Pufend. L. 4. de I. N. c. 12. §. 11. junct. Vitriar. Inſt. I. N. l. 2. c. 14. q 16. (d) Klock. t. 2. conſ. 48. n. 32. ſſ. Concin. dec. 1630. n. 5. it. dec. 1986. n. 15. Tuſch. lit. T. concl. 40. n. 77. (e) Card. de Luca t. 1. tr. 2. p. 1. de j. patron. diſc. 57. n. 28. (f) Card. de Luca t. 5. tr. 2. de Regal. diſc. 47. n. 6. ſ. it. t. 3. tr. 1. p. 1. de judic. diſc. 21. n. 49. (g) c. 5. c. ult. X. de præſcript. & ibi Gonzal. Tell. n. 15. Klock. t. 2. conſ. 48. n. 45. &. t. 1. conſ. 37. n. 325. Covarr. c. Poſſeſſor p. 2. §. 8. n. 5. ſ. Brunnem. conſ. 133. n. 139. ſſ. (h) Pufend. L. 4. de I. N. c. 12. §. 3 Grot. L. 2. c. 10. §. 1.

(a) Brunnem. conſ. 126. n. 66. (b) Michael. Reſp. 13. p. 59. ſſ. & Reſp. 14. p. 65. ſſ. it. p. 104. Card. de Luca t. 5. tr. 2. de Regal. n. 6. add. t. 2. tr. 2. p. 3. de alien. diſc. 3. n. 11. T. 3. p. 1. tr. 1. de judic. diſc. 21. n. 66.

ſæpe (c), hiſtoriarum, &, ſi qua alia opponuntur, documentorum & argumentorum fides eſt, cum gravisſima ſane pro poſſeſſione tanti temporis præſumtio militet, quæ ſi validiſſimis nihilominus in contrarium rationibus enervetur, id ad caſus, a GROTIO (d) exceptos referri poterit; II. ſolam deficientis ab initio tituli, vel invalidi aut injuſti detectionem omni poſſeſſioni temporis memoriam excedentis ſimpliciter & indiſtincte officere, non exiſtimo. Nec difficilis ad objecta reſponſio eſt, ſi quis meminit, GROTIUM etiam poſſeſſionis hujus immemorialis vim non tam ex alio titulo, quam ex derelictione præſumta veteris domini accerſere. Equidem ſi (e) in eo titulo, cujus vitium lucide oſtendi poteſt, tanquam optimo, validiſſimoque acquiſitionis initium unice poſſeſſores *fundent*, omniaque ad illud referant & reſtringant, quæ lubrico fundamento nituntur, facile corruere, non diffiteor. Sed ut taceam, quod communiter approbatur, (f) etiam titulum dominio aut pleno juri ſtatim acquirendo ineptum juſtam nihilominus præſcribendi cauſam ſuppeditare poſſe, quid impedit, quo minus (g), ubi nullus titulus, aut vitioſus intervenerit, intra ſpatium tamen tanti temporis, quod humanam memoriam ſuperat, novi aliquid interveniſſe exiſtimetur, ex quo juſta cauſa, & bona, ſi initio defuerit, fides orta ſit? unde novum itidem immemoriali præſcriptioni initium duci poſſit. Nam quæ apud JCtos

(c) Vid. Eiſenh. de fide hiſtor. c. 11. (d) vid. ſupr. §. 20. (e) Card. de Luca t. 4. tr. 2 p. 3 de alien. diſc. 2. n. 8. ſ. & diſc. 3. n. 18. it. t. 3. tr. 1. p. 1. de judic diſc. 21. n. 54. (f) Guid. Pap. qu. 159. n. 2. Menoch t. 1. conſ. 90. n. 62. Obrecht. ad Grot. p. 1092. (g) Michael Reſp. 13 p. 58 Menoch. t. 1. conſ. 90. n. 65. 66. 75. Card. de Luca t. 4. tr. 2. p. 3. de alien diſc. 3. n. 19. Vaſqu. p. 1. L. 2. c. 81. n. 16. Klock. t. 2. conſ. 48. n. 109. ſſ.

JCtos habetur regula (h), *quod initio vitiosum est, tractu temporis convalescere non posse,* vim suam perdit, (i) ubi nova causa jus per se parare idonea intervenit. Et quod VASQVIO FACHINAEVS (k) regerit, potuisse quidem alium titulum idoneum & bonam fidem supervenire, sed id præsumendum non esse, vel ideo minus firmum est, quia, ut aliæ præsumtiones desint, derelictionis (l) tamen conjecturam longævæ possessionis tranquillitas suggerit. Objici autem nec rei alienæ scientia, tanquam malæ fidei genitrix, amplius potest (m), quando vel derelictionem veteris domini ex diuturno temporis lapsu possessor colligit, vel ex alia, quamlibet levi, causa, de possessionis suæ justitia persuasus est.

XXIII. Movet tamen admodum speciosam *dubitandi rationem* ipse GROTIVS (a), ne magnum quidem temporis spatium ad eam, quam diximus, conjecturam ex patientia domini, alium re sua tranquille frui sinentis, capiendam sufficere videri, ea de causa, quod ob naturalem, quo se & sua quilibet conservare gaudet, affectum, nemo res suas ultro abdicare & projicere præsumi possit (b). Quæ contraria superiori præsumtio ut solide confutetur, plura argumenta cumulat. Vbi non diffiteor, quod *primo* affert de peccato rem alienam possidentis per veri domini derelictionem exstinguendo, magis christianæ caritatis regulis, quam hominum, rerumque indoli congruere (c); sicut etiam, quæ *secundo*

 de

(h) L. 29. l. 201. l. 210. D. de reg. jur. Sand. ad l. 29. de R. J. (i) Grot. l. 2. c. 4. §. 11. add. Obrecht. ibid. it. Klock. t. 2. conf. 48. n. 107. f.
(k) L. 8. controv. 23. vers. Quartum. & f. (l) Cravett. conf. 146. n. 7. vers. Oldradus. it. conf. 685. n. 21. (m) Klock. t. 1. conf. 37. n. 341. ff.

(a) L. 2. c. 4. §. 8. n. 1. (b) L. 25. D. de probat. Barbos. l. 9. c. 1. ax. 2.
(c) Boecler. p. 120. Tesm. ad Grot. l. 2. c. 4. §. 8. n. 1. lit. f. Feld. p.

de onere adminiſtrandorum imperiorum proponitur, philoſophia fortaſſe pauciſſimis imperantium ad palatum erit (d), utque (e) in conſilii rationem id venire poſſit, jus facere non poteſt, niſi quatenus (f) imperia, præſertim civilia, recuperandi animum, utique in infinitum, retineri, ipſa illorum indoles, rerumque genius, & naturalis æquitas vix permittunt. Validius itaque *tertio* urgetur, ut imperia tandem aliquando in certo & extra controverſiæ aleam conſtituantur, humanæ ſocietatis intereſſe, quam proinde quæ adjuvent conjecturæ, favorabiles merito exiſtimandas. Si enim privato jure uſucapio (g) bono publico introducta eſt, ne quarundam rerum diu & fere ſemper incerta dominia eſſent, cum ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium, quidni ad reſpublicas (h), gentesque liberas tam ſalubris juris ratio quadret? quam ita explicat ſcriptor gallicus SILHONVS (i) *Autrement certes la condition de tous les Princes ſeroit miſerable: ils ne ſeroient toûjours en querelle avec leurs voiſins, & le repos du monde ſeroit alteré par des changemens trop frequens, & par des revolutions eternelles.* Imo durum & ab ipſa naturali æquitate alienum videtur, (k) poſſeſſores bonæ fidei prorſus nunquam in tuto collocari, & præter meritum rebus exui, quando per evictionem amplius conſulere ſibi nequeunt, vel res auferenda velut in fundamentum quoddam fortunarum, aut ita ſaltem cum reliquo patrimonio coaluit, ut antiquo domino, quam diuturno b. f. pos-

154. ſ. Oſiand. p. 718. ſ. *Ziegl.* p. 259 Pufend. L. 4. c. 12. §. 8 (d) Ziegl. p. 259 Oſiand. p. 719. (e) Bœcler. p 120. (f) Conring. de fin. Imp. c. 19. §. Verum hactenus. & §. ſeq. Hiſce poſitis. (g) L. 1. D. de uſuc. (h) Teſm. ad Grot. L. 2. c. 4 §. 8. lit. q. (i) dans le Miniſt. d' Etat. L. 1. d. 11. p. 76. (k) Pufend. L. 4. c. 12. §. 9.

f. possessori, eadem carere facilius sit. Quare nec absurde fortassis dixeris, etiam vi ipsius naturalis æquitatis derelictionem pristini domini hic quodammodo præsumi. Acerrime vero contra præsumtionem, qua quisque sua servare velle creditur, *quarta* ratio facit, specialiori, (l) ideoque fortiori præsumtione, quod credibile non sit, quenquam ejus, quod vult, longo tempore nullam plane idoneam significationem edere, generaliorem illam, etiam aliis deficientibus, elidens; siquidem firmiorem specialibus, quam iis, quæ generaliter fiunt vel dicuntur, efficaciam in jure tribui expeditum (m) est, in proposito autem casu specialem declarationem haberi par est eam, quæ ex diuturnitate temporis generalem præsumtionem temperat ac restringit. Atque ista hactenus de naturali jure.

XXIV. Addit GROTIUS §. 9. *de jure gentium voluntario*, „forte non improbabiliter dici posse, non esse „hanc rem in sola præsumtione positam, sed consensu „gentium in vim legis invaluisse, ita, ut possessio memoriam excedens non interrupta, nec provocatione „ad arbitrum interpellata, omnino dominium transferat. Nec obscura juris illius ratio subjungitur, quia *credibile est in id consensisse gentes cum ad pacem communem id vel maxime interesset.* Cujus generis argumentis ad probanda ea, quæ jure gentium constituta sunt, insigne pondus esse alibi (a) demonstravimus; ubi illud quoque ostensum est, plura, quæ ex jure naturæ aliquatenus ortum habent, ex humana voluntate & lege accipere firmitatem quandam, sive adversus exceptiones quasdam,

(l) Obrecht. ad Grot. l. 2. c. 4. §. 8. (m) Tab. l. 7. c. 45. ax. 7. & c. 46. ax. 2.

(a) Differt. Præsidis de pact. lib. Gent. §. 8. p. 11.

dam, quas alioqui ratio naturalis videtur ſuggerere (b), qua de cauſa nec præſens GROTII deciſio vi ſua caret, utut caute in re ardua, magnique momenti loquatur, more eruditis minime inuſitato, neque (c) de gentium jure diſputationibus adeo disconvenienti, qualem eſſe exiſtimat JO. FRID. HORNIVS, (d) ipſe ſatis frigide contra GROTIVM hic de jure gentium disputans. Ceterum quin conſenſus gentium, ſuadente pace generis humani, diuturno tempori aliquam vim moralem asſignare potuerit, ſaltem hactenus, quod tractu temporis certæ præſumtiones ac favores aliis ex cauſis proveniſſe cenſeantur, quibus poſſeſſoris jus muniatur, negari non poſſe; etiam PVFENDORFIVS (e), parum alias jure gentium voluntario favens, agnoſcit, neque valde a Grotiana ſententia abhorrent, quæ iſti maxime probabilia videntur (f): *uſucapionem, prout abſtrahit a punctis temporum per leges civiles deſignatis, eſſe velut appendicem & conſectarium dominii rerum, adeoque, cum dominia rerum introducerentur, id quoque pacis cauſa placuiſſe, ut, qui aliquid neque vi, neque clam, neque precario, ſuo nomine poſſideret, tantiſper dominus præſumeretur, quod ab altero contrarium probaretur; qui autem per longiſſimum temporis ſpatium, per quod nemo mediocriter diligens rem ſuam negligere creditur, quid bona fide poſſederit, ſerum petitorem plane poſſit repellere, quia non citius rem ſuam vindicatum iverit.* Sed ſpecialius quidem GROTIVS pasſim ad obvenientes in praxi caſus juris gentium determinationem clarius trahere allaborans, poſſesſioni memoriam excedenti firmius quoddam, minusque per contrarias rationes enervan-

(b) Grot. l. 2 c. 19 §. 6. (c) Vid. Præſid. Diſſert. de pact. liber. G. §. 7 ſ. (d) c. 9. de Civit. §. 20. p. 458. (e) L. 4. de J. N. c. 12. §. 7. (f) L. 4. c. 12. §. 9.

nervandum robur ex jure gentium forte non improbabiliter adstrui posse censet, dummodo possessio ista interrupta non sit, nec provocatione ad arbitrum interpellata. Vbi illud patet, possessionem perpetuam & constanti juris tenori, semper usurpato, nunquam intermisso, innixam, minimeque desultoriam, etiam jure gentium requiri, quia possessio, (g) ejusque perennis continuatio, fundamentum omni præscriptioni præbet, quo collapso ruit quoque, quod eidem inædificatum est. Interruptio autem cum alia naturalis, alia civilis sit, de eo fortassis dubites, quomodo provocatio ad arbitrum apud GROTIVM hic accipienda sit, magisne, ut exempli loco posita, an ut alios civilis interruptionis modos, qui actibus quasi extrajudicialibus similes sint, excludat. Posteriorem interpretationem ZIEGLERO (h) in mentem venisse video, male tamen provocationem quoque ad judices a GROTIO addendam hic fuisse opinanti, cum communis inter gentes liberas judex non detur, quod monuit etiam HENNIGESIVS (i). Quod si is verborum GROTII intellectus placet, vel ipse tamen circumspecte loquendi modus, quo *forte non improbabiliter* id dici posse, asseritur, ne a Deo prorsus præcise id intelligi debeat, satis innuit. Etsi commodissime forsan dici potest, in eum interpellationis modum, qui aliis potior est (k), GROTIVM præcipue digitum intendisse, attamen ita, ut nec alias idoneas juris conservandi rationes omnino excluderet. Quales nonnullas locus CRANZII (l) *in notis ad* §. *VIII. n.* 4. laudatus indicat, quo vetusta Ducum Inferioris Saxoniæ in Electoratum Saxonicum prætensione memorata historicus

 ista

(g) l. 25. l. 44. in f. D. de usuc. Tesm. ad Grot. l. 2. c. 4. § 9. lit. c. add. Boecl. p. 129. (h) p. 261. (i) p. 413. (k) Grot. l. 2. c. 4 § 6. in f. (l) XI. Saxon. c. 10. & 13.

ista addit: *Nec tamen obliviscuntur juris sui, renovantes protestationibus & diligentiis possibilibus, ne longi temporis tractus præjudicium illis invehat longævæ præscriptionis:* item (m): *neque Ericus Dux, neque successores, titulum suum posuere.* Sane enim, ubi juris sui retinendi quis vere idonea signa edit, vix est, ut *perpetuam possessionem ac nullo ambigente* alteri tribuere possis, qualem tamen GROTIVS hic requirit. Cui porro de auctoritate præscriptionis ex jure gentium adjici possunt, quæ a viris, juris hujus insigni peritia clarissimis, CONRINGIO (n), SELDENO (o) & HVGONE *de* ROY (p), circa hanc materiam annotata sunt.

XXV. INTELLECTIS RERVM MOMENTIS, quibus Grotiana & verior doctrina nititur, solidisque ac genuinis decidendi rationibus commonstratis, minus arduum erit, ea, QVÆ *illustris* PVTEANVS opponit, diluere. Sequemur vero, ne quid intactum relinquatur, etiam in his eundem, quem ipse adhibuit, ordinem, utut Grotiano, qua dispositionis & connexionis concinnitatem, minime comparandum, disjectisque subinde aut confusius interspersis, quæ curatius digeri ac disponi debuerant, interruptum. Ac *initio* quidem, breviter, quas summatim in contrarium adducit, rationes, *inde,* quæ quibusdam illarum confirmandis, reique uberius deducendæ affert, pluribus videbimus.

XXVI. CIRCA *primam, que ceux de l' affirmative considerent trop legerement la qualité des Roys & Princes Souverains, donnent tout aux plus puissans & à la force, & trop d' avantage a la mauvaise foy,* cum postea plenius se

(m) d. c. 13. (n) c. 19. de fin. Imp. §. in hunc modum. vers. usque adeo. (o) L. 1. Mar. Claus. c. 26. p. 195. (p) l. 3 de eo quod just. est. t. 2. §. 4.

ſe diffundat, ne idem ſæpius repetatur, tantisper, quæ reſponderi poſſunt, reſervabimus (a). Etiam de *ſecunda, que toutes les loix, que nous avons touchant les præſcriptions, ont eſté faites par les Princes pour ſervir de regle a leurs ſujets,* mox plura occurrent. In præſenti id verbo regero, hoc ipſum quæri, an omnia circa longævas poſſeſſiones jura ex humano arbitrio & ſola legislatorum civilium voluntate profluxerint? fruſtra ergo objicitur, quod in quæſtione eſt. Nec diſſimilis farinæ eſt, quod additur, *qu'il n' y en a aucune qui ſoit generale pour obliger les Roys.* ex ipſa enim rerum natura nos præſcriptionibus fundamentum antea ſubſtravimus. Vnde & iſta illico corruunt: *que ces loix ſont fort differentes les unes des autres, ſelon qu'il à pleu aux Roys de les établir ainſi diverſement dans leurs Etats; ſi bien que de penſer lier les Rois par quelqu'une de ces loix Imperiales ou Royales, c' eſt ſe tomper.* Ecquis enim vel tantillum peritus jurium ignorare poteſt, etiam quæ ex naturali jure quatenus generaliter ſpectantur, ortum, fundamentumque capiunt, a civilibus legumlatoribus ſpecialem paſſim & variam in diverſis rebuspublicis determinationem capere? Certe eas, quæ civilium legum fœtus ſunt & proprie præſcriptiones vocantur, inter gentes liberas allegari non poſſe, ſatis antea etiam nos oſtendimus. Pariter hinc & iſta nequicquam occinuntur: *Toutes les conſequences, qui ſe tirent de ces loix, & tous les arguments ont bien moins de force; ſi le principal n' oblige, ny ne lie pas, a plus forte raiſon, ce qui en dépend.* Neque firmius eſt, quod *tertio* contra exempla pro longævis poſſeſſionibus producta objicitur: *Les exemples tant de l' Ecriture Sainte, que de l' Hiſtoire Greque & Latine, que ceux de la*

(a) inf §. ſeq. 27.

les Chretiens par cette raison, que telle est la volonté de Dieu. L'on ne voit pas, pourquoy il y à de la diversite en leurs opinions. Ils veulent, que la longue possession couvre la mauvaise foy d'un Prince Chretien & qu'elle ne profite pas à un infidele, comme si la religion Chretienne favorisoit le mauvais fondement de la pluspart des prescriptions ALBERICVM GENTILEM istis, non GROTIVM, petit. Ridiculum quippe ALBERICO GENTILI (a) videtur, Turcæ quoad ea, quæ Christianis eripuit, justum posfidendi titulum a divina voluntate, ad punienda christianorum peccata tam felices barbarorum armis successus indulgente, accersere: nam id argumentandi genus si adhibere libeat, quemlibet raptorem iniquisfimum bona fide niti posse; sed nec Turcæ de justis illis divinæ providentiæ decretis aliquid in mentem temere venturum; ac Deum etiam hominum pesfimorum facinoribus ad justisfimam voluntatem suam exequendam uti. Et certe per improba bella ac latrocinia ablatorum possesfioni ex divina voluntate prætextum aliquem mutuari, citra absurditatem vix licet, quamdiu injusta posfidendi caussa & mala possessorum fides durat. Sed exstingui isthæc, interveniente diuturni temporis tractu non minus in Principibus, Populisque a vera religione alienis, quam in Christianis, posse, utique rationis paritas evincit. Nec absurde forsitan etiam illud aliquis dixerit, in fatalibus illis Rerump. convulsionibus atque commutationibus, quas (b) a vi quadam superiori, nexuque caussarum latentium procedere credibile est, ipsam quoque divinæ voluntatis conjecturam omni apud eos effectu neutiquam hic destitui, qui arcana quadam providentia res

 huma-

(a) L. 1. de J. B. c. 22. p. 175. (b) vid. Lipf. L. 1. Polit. c. 4. add. Alex. Patric. Mart. Gall. c. 43. p. 193.

humanas temperari agnoſcunt. Itaque tantum abeſt, ut chriſtianam religionem malæ fidei patronam faciant, qui longævæ inter gentes liberas poſſeſſionis jura quæſitis e longinquo prætextibus concuti & violari nolunt, ut adverſa potius ſententia genuinis juſtitiæ ac pietatis regulis repugnet.

XXVIII. Vrget equidem Puteanus: *La loy naturelle eſt, que chacun conſerve ſon droit & ſa choſe perduellement, ſans que l' un puiſſe tirer avantage de la perte d' autruy, même par le cours du temps; parceque le temps n' eſt pas un moyen pour abolir une obligation; cela eſt le vray droit de nature.* haud omnino male. Nam & ipſi ex tempore, qua tali, firmum aliquod præſcriptionibus fundamentum, cum de naturali jure quæritur, ſubſterni non poſſe, juxta cum Grotio demonſtravimus. Verum cum non minus genuini naturæ juris ſit; ut voluntas domini re vel jure ſuo cedentis valeat, eaque ex diuturno temporis lapſu colligatur, fruſtra lex naturæ, quæ ſuum cuique perpetuo conſervari, neque cum alterius jactura alterum locupletari velit, opponitur, ubi alterius regulæ interventus generalitatem iſtius temperat ac reſtringit (a).

XXIX. Illa facile admitti poſſunt, quæ *de Civilibus Legumlatoribus* ſubjicit, cogi eos ſæpenumero peculiaribus cauſſis ad meliorem publicæ rei gubernationem ſpectantibus, evitandisque incommodis quibusdam, ea permittere, quæ a vera honeſtate aliena ſint, quod exemplo legis Moſaicæ de divortio illuſtratur. *Sed* minus recte ad præſcriptionem jura veram alias in theſi doctrinam applicat, addens: *Il en eſt ainſi de la preſcription. elle a ete introduite pour quelques conſiderations civiles;*

(a) add. Gilcken. de uſuc. p.1. c.1. n. 63. Vasq. p.1. c. 52.

les; mais elle n' eſt pas ſans vice, parcequ' elle eſt contre les regles de l' equite naturelle. Fateor quidem, quæ civilibus legibus introductæ ſunt, præſcriptiones, non tam naturalibus quibusdam præſumtionibus niti, quam ob cauſſas politicas ex legislatoria poteſtate ut certam formam, ita obligandi robur accipere, quod vel ingens jurium illorum circa temporis definitionem diſcrepantia & multiplex varietas abunde arguunt (a). Sed non ideo, quia etiam non aſſentiente domino rem alteri tribuunt, vitii aut peccati labe uſucapio inficitur. Fortius enim eſt (b) dominium univerſale & eminens ſummæ in Rep. poteſtatis in bona ſubditorum, quam dominium particulare & vulgare, quo gaudent ſinguli, itaque lex poteſtatem habet transferendi dominii particularis ex illo jure dominii univerſalis ob utilitatem publicam, (c) cui privatas cedere illi ipſi voluiſſe cenſendi ſunt, qui in civilem cœtum coierunt. Publicam vero in uſucapionum juribus utilitatem ſpectari nec PUTEANUS abnuere videtur; & res ipſa abunde docet, quam egregie cum ad alia (d) publica commoda, tum ad communis ſocietatis quietem conſervandam accommodata ſint, ut non immerito ſcriptor quinti & ſexti ſeculi non minus dignitate, quam doctrina, & pietate illuſtris, CASSIODORUS (e) tricennalem præſcriptionem *humano generi patronam* vocet. Quæ tricennii quidem præſcriptio a Theodoſio, ut ſimillimum veritati eſt, (f) juniore, ſtabi-

(a) Vid Præſid. Diſp. de poteſt. Legisl. civ. circa ea, quæ ſunt jur. Nat. §. 17. (b) Grot. epiſt. 4. append. p. 752. & l. 1. de I. B. c. 1. §. 6. Covarr. c. poſſeſſor. p. 3. pr. n. 1. & 5. (c) Grot. l. 3. c. 20. §. 7. n. 1. in f. Covarr. d. l. verſ. Deinde lex humana. (d) Vid. Præſid. Diſp. de pot. legisl. Civ. circa ea, quæ ſunt Jur. N. §. 17. (e) L. 5. ep. 35. (f) Strauch. Irner. non err. c. 4. §. 4. Gonzal. ad c. 5. X de præſcr. n. 3.

ſtabilita etiam in eccleſiarum controverſiis antiquitus valuit, ut ex Synodo Chalcedonenſi (g) apparet; nec a Gothis ſolum Occidentalibus juxta & Orientalibus (h), ſed a Francis quoque, item a Burgundionibus recepta fuit. Et præiverat CASSIODORO ipſa Cæſar Valentinianus III. Novella VIII. (i), qua Theodoſium *virtutum ſuarum morem ſecutum* hac tricennali præſcriptione *humano generi profunda quiete proſpexiſſe*, ait, verbis uſucapionum ſaluberrimum ſcopum & effectum ſignificanter exprimentibus. Conſulit ergo præſcriptio ut communi paci, ita & conſcientiæ bona fide poſſidentium; rectisſimeque vir magni inter Morales Theologos nominis, *Thomas de Vio Cajetanus* Cardinalis S. Xiſti (k): *Præſcriptio legitima, hoc eſt cum bona fide poſſeſſio tanto tempore, ut jura canonica* (par civilium ratio eſt, ubi cætera paria ſunt) *approbant, &c. jus parit in foro conſcientiæ ita ut ſine peccato poſt retineatur, etiamſi poſtea ſciatur fuiſſe alienum; quia auctoritate legum rationabilium* (*utpote pro communi bono ſanctitarum*) *factus eſt dominus præſcriptarum legitime rerum*, quam communem quoque tam Canoniſtarum, quam Theologorum eſſe ſententiam teſtatur VALERUS (l). Atque *hinc ſane fit*, verbis utor judicioſiſſimi COVARRUVIÆ (m), *ut nulla Chriſtiana Reſpublica ſit, quæ propriis*

n. 3. ſ. J. Gothofr. ad L. un. C. Theod. de act. cert. temp. fin. t. 1. p. 348. ſ. (g) can. 17. ubi add. Balſam. p. 133. ſſ. edit. Oxon. conf. Gothofred. d. l. p. 386. (h) L. Wiſigoth. l. 10. t. 2. c. 4. Edict. Theoder. R. c. 12. Grot. flor. ſparſ ad Jus Juſtin. tit. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. p. 306. ſ. Childeb. 11. decr. c. 3 p. 17. Capitular. ab Anſeg. Collect. l. 7. c. 248 & add. 4. 171. L. Burgund. t. 79. c. 3. (i) Lib. 2. Novell. Theod. (k) Summula Cajet. rubr. præſcriptio quandoque licita p 312. ed. Ven. 1566. (l) Differ. utr. for. v. Præſcriptio. diff. 6. n. 1. (m) c. Poſſeſſor. p. 3. pr. n. 1. in ſ.

priis statutis legibus usucapionem mobilium & immobilium rerum non probaverit. Requirit nimirum universalis (n) effectus universalem caussam, quæ hic alia esse nequit, quam communis cum utilitas, tum æquitas.

XXX. Quærit nihilo secius PUTEANUS ex Novella Justiniani IX. opinioni suæ præsidium, prolixioribus fere, quam res pridem ab interpretibus excussa merebatur, notis, ea, quæ præmiserat, colorans: *pour montrer, que la Loy civile introduit la prescription par indulgence seulement, laquelle ne purge pas le vice de ceux qui en usent; il faut considerer, que la loy parlant de la prescription use de ces mots, ne iniquis hominibus impium remaneat præsidium, & tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur: sed ille servetur innocens, qui revera innoxius sit: nec improba temporis allegatione sese tueatur, tempus pro puritate prætendens. Ces paroles sont fort precises. Car l' Empereur appelle ceux, qui s' aident de la prescription, iniquos homines. Il appelle la prescription, impium præsidium. il l' a dit espece de peche, il dit, que le temps ne doit point servir pour tenir une conscience en repos tenant ainsi le bien d' autruy. enfin il appelle la prescription improbam temporis allegationem. Voila une tres notable censure de la præscription.* Miror virum tam reconditæ ac diffusæ scientiæ, tantique judicii vel sibi ipsi, vel certe aliis talem fucum facere. Sed id artificii est scilicet, ubi solida fundamenta deficiunt, vanis etiam & inanibus magnificam quandam speciem & colores induere. Non attingam, quod nonnulli minime vulgari do-

(n) Grot. l. 1. c. 1. §. 12. n. 1.

ctrina conspicui, ut DVARENVS, BALDVINVS, WISSENBACHIVS, aliique fidem penitus omnem Novellæ IX. detrahunt, quibus pridem alii (a), haud minori eruditione insignes, quæ satisfacere possint, regessere; neque multum urgebo, quod post Imolam pluribus placuit, (b) ad malæ fidei possessores restringenda esse, quæ de impio præscriptionis præsidio jactitantur. Sufficit ex historia veram hujus Justinianæ Legislationis originem & effectum nosse, ut de notabili illa, quam PVTEANVS vocat, censura sincerum judicium ferri possit. Tulit Justinianus *Legem XXIII. C. de S. S. Eccles.* qua centenariæ præscriptionis privilegium ecclesiis, aliisque pietati inservientibus locis, item civitatibus, indulgetur, non tam ex certa scientia & motu proprio, quam insigni fraude falsariorum Ecclesiæ Emesenæ œconomorum sub specioso pietatis & religionis prætextu circumventus, cum (c) Priscus quidam alienæ manus mentiendæ artifex libellos, publici cujusdam tabellionis dudum defuncti literas imitatus, fabricasset, quibus ditissimarum apud Emesenos familiarum majores grandem summam pecuniæ se Mammiano debere faterentur, qui divitiis quondam illustris Patricius Emesenam Ecclesiam ante multos annos heredem instituerat. Obstabat sceleratis conatibus tricennalis præscriptio, cujus auctoritatem auri, (utrum ipsi, quod Procopius (d) refert, Cæsari an conjugi ejus (e) Theodoræ, aut Triboniano, vel aliis in aula potentibus, non disputo) oblati vis, novæ legis ad lites

(a) Gonzal. Tell. ad c 14. X. de. præscr. n. 4 Strauch. Irner non errans c. 4. §. 5. ss. (b) Gilcken de præscript. p 1. c. 1. n. 71. s. (c) Procop. Anecd. n. 519. ss. p. 156. edit. Eichel. Suidas v. Priscus Emesenus. (d) n. 523. (e) V. Rittershus. ad Nov. p. II. c. I. n. 12. Eichel. ad Procop. anecd. n. 417. p. 300. s.

lites quoque jam pendentes productæ obtentu infregit; ſpecioſaque iſti prætexta ratio, *ut inter Divinum, Publicumque jus & privata commoda competens diſcretio ſit.* Succubuerunt fraudi, ex nova illa æquitate damnati Emeſenorum civium nonnulli, cum præſcriptionis ope defectis in ſumma rerum caligine nihil contra confictos libellos validæ exceptionis competeret, donec Priſcus omnes denique libellos ad Longinum, quem juri Emeſenis dicundo Juſtinianus miſerat, afferre juſſus, cum id detrectaret, vehementi a Longino impacta alapa perculſus, & hunc dolos jam odoratum eſſe hinc pertimeſcens totius rei ſcenam detexit. Interea vero lucem quoque adſpexit Novella IX. (f) privilegium, quod Orientalibus maxime Eccleſiis datum videbatur, ſpeciali conſtitutione Rom. Eccleſiæ indulgens, in qua mirum non eſt, ſi, Rom. inſuper Eccleſiæ reverentia accedente, novæ ſuæ legislationis pietatem inſigni elogio commendaturus tale de præſcriptionibus judicium tulerit, quod ſi omni præſcriptioni aptes, nihil aliis legibus, nihil ipſi æquitati magis adverſum dici poſſit. Quis enim, quæſo, rerum, juriumque intelligens (g) bonæ fidei poſſeſſoribus *iniquorum hominum* encomium tribuat? quæ impietas, quæ peccati ſpecies eſt, retinere velle, quæ legitime poſſideri perſuaſus es, & quorum dominium ex juſta cauſſa leges addicunt? qui improba temporis allegatio vocetur, ubi, quæ adjuncta ſunt tempori, alterius jus extinguunt? Certe non diſſimulavit etiam ipſe Juſtinianus errorem, fraudibus jam detectis, & licet Rom. quidem Eccleſiæ, ſpeciale privilegium ex Novella IX. ſalvum perſtitiſſe defendi

(f) Vid. Strauch. Irner. non err. c. 3. § 4. (g) add. l. 136. D. de reg. jur.

defendi posse videatur (h), quicquid multi, & inter alios doctissimus JCtus Hispanicus, ARIUS PINELLUS (i) in contrarium moveant, saltem Orientalibus ecclesiis generaliter datum centenariæ præscriptionis privilegium, substituta in ejus locum quadragenaria, per Novel. CXI. (k) generaliter sustulit, unde correctrix priorum præfatio hic subjungi meretur: „Quod medicamenta mor„bis, hoc exhibent jura negotiis, unde consequitur, ut „nonnunquam a judicio discordet effectus, & quod cre„debat conjectura prodesse, experimento inveniatur in„utile probat igitur hoc præsentis etiam necessitas san„ctionis, in qua privilegium ex religioso proposito sa„crosanctis ecclesiis Dei & monasteriis, aliisque religi„osis locis constitutione nostra nuper indultum, necessaria „correctione distinguimus. Dudum siquidem jussera„mus ad centum illis annos exceptionis propagari pe„ricula, PER CUJUS LICENTIAM SANCTIONIS „negotia quidem multa commota sunt, & velut anti„quorum vulnerum obductæ iterum patuerunt cicatri„ces: sed eorum sanitas provenire non potuit proba„tionum scilicet difficultatibus impedita: QUONIAM „PER TANTUM SECULI MAGIS, QUAM TEM„PORIS, SPATIUM NEC DOCUMENTIS INTE„GRITAS, NEC ACTIS FIDES, NEC AETAS „VALET TESTIBUS SUFFRAGARI. Addere iis„dem placet nobile Valentiniani III. (l) tricennalem præ„scriptionem confirmantis, judicium: „Quis ferat insti„tui jurgia, quæ avi ac proavi nescierunt? quæ alia „IMPRO-

(h) Gonzal. ad c. 14. de præscr. n. 5. Strauch. Irner. non err. c. 3. §. 10. ff. (i) ad Authent. nisi tricenn. n. 57. add. Cujac. l. 5. obs. 5. Conf. Pith. ad c. 2. caus. 16. qu. 4. (k) add. Nov. 131. c. 6. (l) Novell. 8.

„IMPROBUM LITIGATOREM tam valida defensio „submovebit, si possessorem nec secula in infinitum „transacta defendunt? --- AEQUUM EST, tot annos „sine interpellatione decursos nullo nomine, nulla prorsus „sus occasione subverti. Neque minus notabilia sunt varia, quibus idem Cæsar lites haud obstante longæva possessione motas prosequitur, elogia, quando *vagas, æternasque calumnias, tantæ ætatis injuriam, perniciosas propositiones*, vocat.

XXXI. Quamobrem facile etiam responderi poterit, illis apud Puteanum sequentibus: „En suite de ce „d' autres ont adjouté, que la prescription étoit une u- „surpation fondée sur le dommage d' autruy, odieuse „de soy, tolerée seulement par les loix positives, est „contre la loy de nature, est une espece de peine, que „la loy inflige aux negligeus: ce qui ne peut convenir „aux Roys & aux Princes Souverains, qui n' ont point „de loix entre eux, qui les lient & obligent, qu'on ne „peut dire estre negligens a recouvrer les droits usur- „pes sur eux, puisqu' ils n' ont pas toujours les mo- „yens ouverts de la guerre, car ils n'ont, que celuy la, „ayans beaucoup de considerations à faire, avant que „de l' entreprendre, soit le salut de leurs peuples, le de- „faut d' hommes où d' argent, & de tout ce qu'il faut „pour entreprendre une guerre. Pro usurpatione, quæ alterius damno superstructa sit, præscriptio haberi nequit, quam leges ex solida causa jus dominii transferendi habentes stabiliunt & probant; neque, quod facto suo aut justa legis auctoritate quis damnum sentit, moraliter sentire intelligitur (a). Male eadem odiosa esse dicitur, cum communis utilitatis causa introdu-

 ctam

(a) L. 203. D. de reg. jur. Grot. l. 3. c. 20. §. 9.

ctam conſtet; jam quæ (b) utilitatem communem ſpectant, neutiquam odioſa ſunt, ſed favorabilia. Atque merito etiam inter jurium interpretes receptior ſententia eſt (c), non pugnare cum naturali æquitate uſucapionum jura, ſed eidem congruere. Eſſe præſcriptionem pœnæ ſpeciem, quam lex negligentibus inferat, indiſtincte verum non eſt (d), quia leges, ſaltem pleræque, non tam pœnas ſolvi deſidiæ, quam dominia in tuto collocari volunt. Sicut autem lex civilis ex ea cauſſa uſucapiones introducere recte poteſt, quæ cauſſa etiam inter gentes, ut oſtendimus, liberas vel maxime locum habet, ita nihil prohibet, quo minus etiam inter illas conſenſu mutuo, ſi non expreſſo, tacito tamen, præſcriptio aliqua conſtitui, firmarique potuerit; ſiquidem pacta inter populos liberos legum loco ſunt, & omnino validam inter illos obligationem inducunt. Pœnam ergo aliquam negligentiæ hic intervenire opus non eſt, quando ob communem gentium quietem dominium vel jus antea competens, vi mutui inter illas pacti, id eſt juris gentium, abdicatum atque remiſſum intelligitur; quamvis illud quoque minus accurate dicatur, ſummos Principes negligentiæ alicujus in recuperandis juribus ſuis per alios uſurpatis incuſari non poſſe, quoniam aperto Marte, quod unicum in talibus remedium ſit, ſemper ipſis uti propter ſubditorum ſalutem & ex defectu virium non liceat. Nam terræ quidem & jurium, ſi quæ habuerunt, exercitium vix eſt fere, ut aliter, quam per arma, a potentioribus recuperari poſſit, ipſum vero jus non recuperandum, ſed conſervandum eſt, quod etiam ſine bello fieri poteſt, modo

(b) Grot. l. 2. c. 16. §. 10. (c) Gilcken. de præſcript. p. 1. c. 1. n. 57. add. n. 17. ſſ. Vasq. p. 1. c. 52. (d) Vasq. p. 1. c. 55. c. 17. ſſ.

modo civiliter possessio retineatur, ut deinde pluribus explicabimus.

XXXII. Regerit PUTEANUS: „De dire, que la possession de long temps fait presumer, que les Rois ont „abandonne leurs droits a ceux, qui les possedent, cela „ne se peut dire des Princes genereux, qui mettent au „plus haut point de leur gloire de conserver sur tout les „droits de leur couronne, en telle sorte que les plus „grands Politiques ont tenu, qu'il est toujours permis „au Prince Souverain de reconquerir son païs par les „mêmes moyens, dont l' on s' est servir pour l' usurper „sur luy, non obstant quelque sorte de prescription que „ce soit. Agnosco generosos Principes haud temere de regnorum suorum juribus aliquid remittere. Sed nec omnibus Principibus idem animus; neque in infinitum isthæc abeunt. Præstat equidem firmæ aliquando pacis fundamenta ponere, quam perpetuum fovere litium bellorumque fomitem. *Summorum*, qui jactantur, *Politicorum* auctoritas, nisi fortioribus rationibus pugnent, nihil est, ut quenquam turbet. Solent illi persæpe magnis Principibus blandiri, & ulteriora in speciem, quam æquiora & meliora ingerere; & quam vulgo generositatem vocant, non tam *generositas*, quam *ambitio* est.

(a) *tantone novorum*
Proventu scelerum quærunt, uter imperet Urbi?

Capienda certe est (b) maxime ea voluntatis humanæ conjectura, quæ & bonis, & prudentibus convenit. Bonorum autem & prudentium videtur, dimittere, quæ morali judicio, saltem citra ingens publicæ rei detrimen-

(a) Lucan. L. 2. v. 60. (b) add. Conring. c. 19. de fin. Imp. §. Verum hactenus. §. seq. Hisce positis. Grot. L. 2. c. 4. §. 8. n. 2.

mentum, teneri aut recuperari amplius non possunt, *& non vis* (c), *ubi aliquid expediendæ rei caussa patiendum est, sed ratio*, quod si animus juris conservandi manet, minimum idoneis signis eum prodere ut contraria præsumtio elidatur, prudentis est.

XXXIII. Pro nobis itaque, non pro PVTEANO faciunt, quæ sequuntur: ALBERICVS GENTILIS, *qui tient l' affirmative, dit, que prudemment par le traite de Vervins il ne fut point parle entre les deux Rois de France & d' Espagne des anciennes pretentions, rien que de ce qui etoit lors en question. Quod (dit il) si nolumus existimare eos Reges voluisse pro parte amicos fieri, controversias antiquiores pro antiquatis habuisse intelligentur. Si ce Docteur eut va le traite de Vervins, ou l' Historien, dont il s' est servi, il se fut bien garde de s' en servir pour soutenir son opinion. Car le traite porte un article tout contraire a son intention, qui dit, „Que les dits Sieurs Rois & l' Infan„te se reservent tous les droits, actions & pretentions a cau„se de leurs Royaumes, païs & seigneuries, pour en faire „poursuite par voye amiable ou de justice & non par les ar„mes. Ce qui confirme, que ces deux grands Rois & leur Conseil n' avoient pas crû, que la prescription leur pût nuire.* Enimvero nisi uterque Regum, Gallus pariter & Hispanus, existimassent, etiam tacitæ jurium derelictioni inter summos Principes locum esse, minime opus fuisset duobus separatis paragraphis (a) tam solicite sibi prospicere, ne pro abdicatis alia haberentur, quam quibus expresse renunciatum esset.

XXXIV. Paulo speciosius est, quod subjungitur: *Il*

(c) Selnec. l. 4 controv. 26.
(a) §. 23. Et sont resservez & 24. Comme en semblable.

Il faut considerer, qu'il n' en est pas des Rois, comme des particuliers. Les particuliers disposent de leurs biens, les obligent, comme bon leur semble, les font passer à leurs heritiers aux charges, qu'il leur plait. Les Rois au contraire n'ont pas la libre disposition d' aucune partie du domaine de la Couronne; ils sont usufruitiers, sont administrateurs, comme les tuteurs de leurs Royaumes, reçoivent leurs Etats non par la dispositions de leurs predecesseurs, mais par la seule loy & la coûtume du Royaume; ce, qu'ils font, n' a point de suite, leurs fautes meurent avec eux, ne se transmettent point à leurs successeurs, qui sont toujours mineurs pour faire rêtablir ce que tous leurs predesseurs ont gâte. Atqui falsum est *primo*, omnia regna jure nonnisi usufructuario teneri. Dari possunt, (a) & dantur etiam, quæ in patrimonio Principum sunt, & jure pleno proprietatis habentur, ita ut de illis libere disponi possit. *Secundo* verissimum quidem est, ditiones, quæ, si proprietatem spectes, non tam Regis, quam Regni sunt, pro lubitu alienandi facultatem Principi non esse, &, si quid eam in partem sequius ab antecessore gestum sit, successores & rempubl. non adstringi (b). Sed in infinitum profecto ea, quæ ab antecessoribus gesta sunt, revocandi facultas successoribus & reipublicæ adscribi nequit, annon enim ipsius quoque populi consensus firmandis etiam, quæ initio valida non erant, saltem ex post facto supervenire potest, & (c) cum aliis ex circumstantiis, tum ex diuturni temporis lapsu colligi? quid? quod Principes tutoribus PVTEANVS non male comparat, quos ipsos ob

 dubi-

(a) Grot. l. 1. c. 3 §. 11. n. 1. & §. 14. L. 2. c. 6. §. 3. & c. 7. §. 12. L. 3. c. 8. §. 1. n 3. (b) Grot. L. 2 c. 14. §. 12. n. 6. add. Bartholom. de las Casas, utrum Reges subditos a Regia Corona alienare possint. (c) add. Grot. l. 2. c. 6. §. 8. & ibi Bœclerum, aliosque.

dubium eventum litis, variaque forensium controversiarum mala, nonnunquam aliam aliquid actori dando, pupillum liberare posse, proba & communis doctorum sententia est, ad Ecclesiæ quoque administratores extendi solita (d). Quidni ergo & Princeps successor solida ratione ductus propter dubium bellorum eventum & infinita mala ut dare aliquid, ita multo magis derelinquere possit ea, quæ ab antecessoribus quidem minus recte alienata aut neglecta, recuperari tamen amplius sine publico detrimento non possunt. Imo in civilibus (e) imperiis eo facilius derelictio vi ipsius naturalis æquitatis præsumenda est, quo magis ibi omnia non tam regnantium, quam communem omnium, Populive, utilitatem spirant.

XXXV. Probare porro assertionem ducto argumento a simili PVTEANVS satagit: *Pour monstrer, que ce n' est pas an seul cas de Souverain à Souverain, que la prescription n' a point de lieu, nous avons nos coûtumes, qui disent que le vasal ne peut prècrire la foy, qu'il doit à son seigneur, quelque temps, qu'il en ait jouy; encore que ce fut par cent ans, & plus: elles disent encore, que le droit de cens ne se precrit par le detenteur de l' heritage contre le seigneur censier, encore qu'il y ait cent ant.* Vbi statim apparet, minus recte civilia apud Gallos jura, eaque communibus feudalis juris doctorum (a) placitis valde dissona, ad illustrem juris gentium disquisitionem trahi; atque solidas certe, quæ ex ipsa rerum natura profluant, rationes statutis vel consuetudinibus istis Gallicis deesse, præclarissimus in consuetudines Parisinas commentator

(d) Montan. de tutel. c. 33. n. 347. ff. (e) Conring. c. 19. de fin. Imp. §. Verum hactenus. & §. Hisce positis.

(a) Ludwell. synops. Jur. Feud. c. 8. p. 176. f.

tor, CAROLVS MOLINAEVS (b) pluribus jam ostendit, simul illud addens (c), non procedere Parisinum statutum in" præscriptione centum annorum sive temporis imme-" morialis, siquidem hujusmodi præscriptio habeat vim" constituti; optime sane, nisi quod præscriptiones centenariam & immemorialem confundat, quarum illam & vel amplius centum annis spatium, si disertis statuti verbis inhæretur, excludi fatendum est. Plane Aurelianensis consuetudo (d) centum annis validæ præscriptionis robur tribuit. Et possunt talia variam ex civilibus legibus determinationem accipere, imo omnia usucapionum jura (e) iisdem tolli, nisi (f) quatenus ex ipsa rerum natura veniunt. Quod si præscriptionem etiam immemorialem lex aliqua civilis certo casu excludit, quod in dubio (g) nunquam facere intelligitur, & etiam, ubi factum esse liquet, pro re nata tamen ex æquitatis quandoque regulis videtur restringi posse, subdito quidem, quamdiu pro subdito se gerit, eam rem, quam legislator præscribi in perpetuum & absolute vetat, saltem jure non revocabili acquirere non licet, verum id non ideo, quod præscriptio temporis memoriam excedentis naturali jure non valeat, aut in quantum illo nititur, humanæ voluntatis arbitrio tolli possit, sed quia (h) idonea præscriptionis materia tunc deficit, & derelinqui civiliter non intelligitur, quod ex justa caussa lex pro non derelicto habet.

XXXVI.

(b) tit. 1. de fiefs §. 12. gl. in verb. præscript. n. 1. f. (c) n. 14. (d) t. 1. de feud. §. 80. (e) Boer. ad Consuet. Bitur. t. 3. §. 5. p. 66. lit. g. Pyrrh. Angleberm. ad Consuet. Aurel. t. 19. c. 8. lit. e. Sainson. ad Consuet. Turon. t. 18. art. 1. lit. d. (f) Grot. L. 1. c. 3. §. 6. vers. sed nimirum. (g) Tab. l. 14. c. 85. ax. 26. (h) add. Arnis. L. 2. de jur. maj. c. 2. n. 7.

XXXVI. Quare nihil dictis officiunt, quæ de Gallico bona coronæ non alienandi jure PVTEANVS adducit: *Il y a une Ordonnance du Roy François I. de l' an* 1539. *par laquelle il declare, que ſon domaine & le patrimoine de la Couronne de France, tant par la loy de ſon Royaume, & conſtitution des Roys ſes predeceſſeurs, comme de diſpoſition de Droit Civil & Canonique, & par le ſerment, que tous les Rois ſont a leur ſacre, eſt inalienable, par quelque eſpece & maniere, que ſe ſoit, attendu qu'il eſt repute ſacre, & ne peut tomber au commerce des hommes, que telles poſſeſſion & preſcription procedent le plus ſouvent de la connivence & negligence des Officiers: defend a ſes juges d' avoir aucun egard, quelque laps de temps qu'ait dure cette poſſeſſion, ores qu'il excedât cent ans.* Vt majorem conſtitutioni auctoritatem conciliet, ab antiquitate primo eandem petit: *La reſolution de cette ordonnance n' eſt pas nouvelle en France, elle ſe trouve dans quelques anciens arrêts, entre autres un de l' an.* 1385. *qui porte ces mots: Non immerito Dei Vicarius quoad jurisdictionem temporalem appellari poſſumus & debemus, juraque noſtra regia nobis ad noſtra ſuperioritatis cauſam competentia præſcribi, ſeu minui, vel aliter acquiri, etiam per quodcunque temporis curriculum aboleri vel a nobis abdicari non poſſunt;* mox doctorum conſenſum urget: *Les Docteurs tiennent ces maximes, mêmes les Eſpagnols; car ils ont dit, que les droits de Regale & de Souverainite ſont inalienabiles, ſont impreſcriptibiles par quelque long temps, que ce ſoit, voire de mille ans:* ſubdit porro præjudicium: *Le Conſeil du Roy Louis XI. avoit cette maxime contre le Duc de Bretagne. L'un, qu'il n' eut plus a s' intituler Duc*

par

par la grace de Dieu; l' autre, qu'il n' eut plus a faire forger monnoye; le troisieme, qu'il entendoit lever les tailles en Bretagne, & non le Duc; le quatrieme, que les Prelats de Bretagne tiendroient leur temporel nuement du Roy; & le dernier, que le Duc n' useroit plus d' aucuns droits Royaux, ny de Souverainite en son Duche. Le Duc alleguoit ses titres, & une possession contraire: mais le Roy soutenoit, que les droits Royaux ètoient du tout en France inaliènables & imprescriptibles. Et de fait, il s' est trouve en France plusieurs Seigneurs, Ducs & contes, qui pretendoient en leurs terres droits de Regale & de Souverainetè, & ne devoir au Roy que le simple homage lige, & le ressort, qui en monstroient des titres, & en alleguoient une possession plus qu' immemoriale: toutefois cela ayant este bien examinè, & la loy de France exactement consideree, il s' est trouvè, que la prescription étoit en ce cas de nulle consideration, addit denique *Il y en a d' autres, qui ont passe plus avant, car ils ont dit, que tant s' en faut que le long temps fortili le droit de l' usurpateur, que tant plus que la force a dure, le vice de la possession s' est augmente, ce long temps ne luy sert que pour condamner d' autant plus son action. Cela fut juge pour la feue Reine Caterine de Medicis par arret de la Cour, contre l' Eveque de Clermont, apres une possession de trois cens ans, quoy qu' on n' alleguât point de force.*

XXXVII. Possunt *duplicem*, quæ adducta sunt, *disquisitionem* parere, *unam*, an & quatenus subditis jura regia, & quæ in Regni patrimonio sunt, præscribendi facultas hujusmodi constitutionibus demi possit? *alteram*, an & quatenus aliis gentibus liberis, earumque summis rectoribus?

XXXVIII. *In subditis*, quoniam civitatis legibus

 tenen-

tenentur, consonum iis est, quæ ante (a) diximus, leges illas valere posse. Imo etiam ubi expressa lex aut consuetudo præscriptioni obstaculo non sunt, per naturam rerum fieri non potest, ut, qui subditum se agnoscit, ea (b), quæ de summi Imperii natura sunt, vel ut proprietates naturales eo pertinent, præscribendo acquirat, quia (c) proprio nomine & jure sibi ista habendi animus cum persona subditi cohærere nequit, quare hactenus, quod cum alii, tum Hispanici nonnulli, doctores tradunt, regalia ne per mille quidem annorum spatium præscribi posse, a veritate non abhorret. Sed ostensum est alibi (d), I. diversam eorum rationem esse, quæ a summa potestate civili separationem, aut communicationem saltem cum aliis admittunt, quæ nec subditis repugnat recipere, nec principibus concedere, cum nec horum majestatem impediant, nec debitam illorum obedientiam tollant; præterea II. ipsa etiam imperii summi jura, quæ proprie sic dicuntur, (e) præscripti ab iis posse, qui ultra privatam sortem evecti, excusso subjectionis jugo, pro subditis se non amplius gerant. Cessat enim tunc, quæ alioqui impedimento est, qualitas; & adesse rationes possunt, quibus aliquis adductus, jure libertatem quæsitam & supremi jura Imperii sibi competere, existimet (f). Quo ipso illorum sententia concidit, qui tanto magis augeri possessionis vitium indistincte clamitant, quanto longius tempus sit, quo alieni juris aut rei usurpatio duret. Sicut enim *nulla* (g) *anti-*

(a) §. præced. in f. (b) Vid. Præsid. Differt. de alien. Regal. §. 21. ss. (c) Huber. de I. Civ. l. 1 sect 3. c. 9. n 7. ss. (d) Præsid. Dissert. de alien. Regal. § 21. (e) Dicta Dissert. §. 20 (f) Vid. Huber. de jure Civ. l. 1 sect. 3. c. 9. n. 29. ss. Vasq. p. 1. c. 82. n. 7. vers. Quinimo postquam princeps. (g) c. 5. X. de præscr.

antiqua dierum possessio juvat aliquem malæ fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam se aliena noverit possidere, ita de bonæ fidei possessore idem dici non potest. Et explicatum ego solide ex principiis PUTEANI velim, quo jure coronam Gallicam in Carolinam stirpem Pipinus, in Capetinos Hugo transmiserit, si nunquam legitimis regibus interversa potestas in jus verum transit. Quodsi integrum quoddam regnum, omniaque legitimi regis jura quamlibet initio vitiose parta jure aliquando de persona in personam, de familia in familiam legitime transferuntur, quæ in toto obtinent, in parte quoque (h) & in cæteris item, quorum eadem ratio est, habebunt locum. Atqui, dicat aliquis, saltem ubi publica & expressa lege omnis regiorum jurium, &, quæ in regni patrimonio habentur, bonorum, ditionumve alienatio, omnis item præscriptio penitus interdicta est, imo ipsi etiam principes, ne quid istorum alienari aut decerpi sinant, sancto jurisjurandi vinculo obligantur, factum subditi regno & legitimis vel principibus, vel successoribus illorum, fraudi esse nunquam poterit; quasi vero, quæ hujus generis leges exstant, vel nullam ex rectæ interpretationis regulis restrictionem admittant, vel ex immutabili naturalis juris fonte promanent, & ex populi, principumque, si & illis inde jus competat, voluntate non pendeant. Potest idem, qui pacto & juramento regum adstrinxit, obligatione ista eundem exsolvere, etiam tacite, & jus suum quisque remittere. Cujus rei ubi naturales & evidentes conjecturæ adsunt, quomodo contra eum, qui imperio se subjectum amplius non esse bona fide profitetur, legis,

 qua

(h) L. 76. D. de rei vind.

qua non nisi subditi obligari possunt, auctoritas ipso illorum facto, qui in ea se fundare cupiunt, enervata, urgeri possit, non apparet.

XXXIX Quod civili quoque & canonico jure regnorum patrimonia & jura regia alienari nullo modo posse, Francisci I. constitutio innuit, solido fundamento caret; meritoque, paribus cæteris, præscriptionem etiam contra obedientiam, communior interpretum (a) sententia admittit, argumentis, quæ ex *l. 6. C. de præscr. 30. vel 40. ann. & c. 12. X. de præscr.* opponuntur, facili negotio explosis (b). Quin præscribi posse regalia spatio temporis, quod memoriam excedit, haud obscure *c.* 26. vers. *preterea X. de verb. sign.* (c) probat. In illustri Ludovici XI. cum minoris Britanniæ Duce Francisco controversia an omnino ex regis partibus juris ratio steterit, dubitandi rationes non desunt. Titulum quidem *Dei gratia* in omnibus fere antiquis fœderibus, fatente id ipsum BODINO (d), usitatum legimus; nec principibus tantum vel ducibus, sed etiam minimis magistratibus ac legatis adscriptum. De altero jure, monetæ cudendæ (e), satis ambigue idem, quem dixi, BODINVS (f): *Occasionem sive oblatam, sive quæsitam, Ludovi-*

(a) Arnis. l. 2. de jur. maj. c. 2. § 5 p. 183. Vasq. p. 1. c. 2. n. 14. (b). Bruckman. de Regal. c. 5. n. 107. s. Vasq. p. 1. c 82. n. 7. §. Tenendo. (c) add. Ziegler. l. 2. de jur. maj. c. 6. §. 4 (d) L. 1. de Rep. c. 10. n. 172. p. 269 s. add. Ratificat. du Duc. de Bretagne de la Paix d' Ancenis an 1468. t. 1. des traites de France par Leonard. pag. 82. s. (Conf. Traite de paix a Notre Dame de la Victoire pres Senlis an. 1475. p. 165 ss.) Ratificat. du Duc de Bretagne du traite de paix a Senlis an. 1476. p. 197. Conf. traite de paix a Auras, an. 1477 p 205. ss (e) Vid. Ziegl. de jur. maj. l. 1. c. 49. §. 8. ss. (f) L. 1. de Rep. c. 10. n. 168. p. 263.

dovicus XI. arripuit, ut Francisco Armoricorum Duci bellum inferret, quod nummum aureum contra fœdus ac fiduciam contractam percussisset. Tributa, (g) quæ ante Ludovicum IX. nullo in regno Gallico fuisse traduntur, post deinde etiam civitates & collegia pleraque suis publicæ utilitatis specie aliquando imperavere, donec Carolus IX. in Comitiis Aurelianensibus 1560. rogatione populi & rursus apud Molinæos lege lata vetuit. Cum aliis ergo amplissimis juribus duces quoque Britanniæ illud sibi iis temporibus vindicasse, quibus longe, quam a Ludovici XI. temporibus esse cœpit, restrictior regum potestas erat, nemo mirabitur. Quod si omnia ex PVTEANI principiis ad primitivum Francici regni statum revocari debeant, valde vereor, ne vetustioribus procerum, populique juribus, ea, qua nunc reges gaudent, absoluti vis imperii succumbat & intra valde temperati regiminis limites redigenda sit. Qua de re juvat Cl. HVBERI (h), firmando præscriptionis juri nobile hoc exemplum adducentis, verba subjungere: *Suffragatur experientia plurium in Europa imperiorum, Francici nominatim, quod hodie perfectum* παμβασιλέιας *sive pleni liberique regni specimen esse creditur. Cum tempore Hugonis Parisiensis, cuius præsentes Reges stirps sunt, haud adductius, quam nunc Germania regitur, ut historia loquitur, gubernata sit. Tam enormis mutatio nullo, quam præscriptionis jure niti videtur, hoc est, populi, procerumque derelictione, mutuoque consensu vel patientia manifesta,* quanquam accuratio hæc excutere non vacat.

XL. Propius scopum nostrum tangit *disquisitio altera,* an & aliis gentibus liberis ea præscribendi facul-

 tas

(g) Bodin. d. l. n. 169. p. 265. Conf. Ziegler. de jur maj. l. 2. c. 6. (h) L. 1. de jur. Civ. sect. 3. c. 9. n. 33. ss.

tas interclusa sit, quæ alterius regni jure publico alienari vel præscribi simpliciter prohibentur? *Nobis*, cur negari, quod proponitur, nequeat, ubi cætera ejus, cui inter gentes liberas locum esse diximus, vel derelictionis, vel longævæ possessionis requisita adsunt, valida ulla ratio non occurrit. *Dices*, alienare principem, quæ lex publica & sacramenti religio in gentem exteram transferri vetant, cum effectu juris non posse. Sed in promtu secundum ea, quæ supra (a) tradidi, *responsio* est, ubi populi aut quorum alias interest, consensus vel expressus, vel tacitus, facto principis accedit, aut supervenit, difficultatem omnem cessare. Nequit (b), neque etiam voluit populus eam sibi ipsi legem dicere, a qua recedere non liceret. Quid si enim utilitas publica, quid si ipsa necessitas aliud postulet? Et quis cum externis gentibus transigendi modus, ubi nihil de jure suo remittere, nihil alienare licet? Repugnat manifesta naturalis æquitatis ratio, repugnant jura gentium, quibus communis omnium populorum salus & tranquillitas pro fundamento est. Exstinguitur itaque legis alienationem inhibentis effectus, ubicunque solida in contrarium ratio suppetit, & consentire eos, quorum intererat, vel certe non dissentire, probabiliter (c) apparet, & verissime PUFENDORFIUS (d): „Quod aliqui jactant vel de omnibus Regnis, vel de uno aliquo, bona „coronæ inserta, seu, uti loquuntur, incorporata, nulla ratione posse alienari, nec longissimum temporis „tra-

(a) §. 38. (b) L. pen. D. de recept. l. 40. §. 1. D. de fideicomm. libert. Grot. l. 2. c. 4. § 12. n. 1. (c) Boecler. excerpta ex act. Senat. in Parn. in membr. 7. Grot. l. 2. c. 14. §. 1. 2. 6. junct. c. 6. §. 8. (d) L. 8. de I. N. c. 5. §. 9. add. *Zypæi* hiat. Cassani obstr. c. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Armac. Mars Gall. c. 39. 40. 41. 42. 43.

„tractum, alteriusque quietam possessionem impedire, „quo minus vindicari semper queant, id sine dubio va- „num est. Multo autem ineptius, uni alicui regno e- „jusmodi privilegium assertum ire, ut ipsum quidem „aliis sua eripere possit, sed quæ semel arripuerit, nun- „quam ullo modo ab eodem iterum separari queant.

XLI. Pergit tamen PVTEANVS: „Il est certain, qu' „entre les Rois & Princes Souverains le possessions de „fait ne passent jamais en possession de droit; en ce „qui est des choses que les uns usurpent sur les autres; „& en cela particulierement les Rois sont differens d' „avec les autres hommes. La raison de la diversité est, „qu' entre les hommes communs & qui sont assujettis „a mêmes loix, la justice est ouverte a tout le monde „pour s' y pourvoir contra la violence; & là les usur- „pateurs sont condamnés à quiter & laisser ce qui ap- „partient à autruy, la puissance de Souverain les range „même par force dans l' execution des jugemens, à „cause de laquelle facilité de recouvrer le sien, on pre- „sume, que celuy, qui par un long espace de temps, „comme de trente ou quaranta ans, à vu un heritage „étre possede par quelque aute sans luy rien demander, „n' avoit pas de bons fondemens pour luy en faire que- „stion, qui est la raison des præscriptions; lesquelles „neantmoins, quand elles se sont pas assistées de titre, „sont tres suspectes de force ou de mauvaise foy. Mais „entre Rois & Princes Souverains les choses ne peuvent „pas aller ainsi, d' autant qu'ils n' ont ny loix particulie- „res, qui ayeut reglé entre eux le temps de telles pre- „scriptions, ny aucuns juges ou magistrats communs, „devant les quels l' on puisse agir, ou faire aucune

pour

„poursuite pour les interrompre, ny a voir recours „sur les differens, qui peuvent survenir entre eux. Tel„lement que par la raison commune, qui veut, que „nulle possession ne fasse prejudice à celuy, qui n' a pas „faculte d' intenter son action, & les Rois à defaut de „superieurs étans en ces termes, telles possessions de „faits ne sont jamais de consequence. Vn Roy mal „conseillé, mal informé, un Roy foible occupé en „guerre civile ou étrangere, un principal ministre „connivent ou corrompu par l' usurpateur, un Roy qui „trouve son Etat èpuise ou d' hommes, ou de finances, „qui n'a pas de moyen d' agir per armes contre un Prin„ce son voisin, qui occupe un des principaux mem„bres de sa Couronne; peut on dire, que le temps, qui „court pendant ses foiblesses, pendant ces impossibili„tés, soit à perte, luy qui a la justice de son côté, au „contraire tourne au profit de celuy, qui est en mau„vaise foy, qui est l' usurpateur? Probat porro nullum aliud præter arma summis rerump. rectoribus remedium restare, removendo *tum* per arbitros illorum controversias tractandi modum, *tum* per colloquia. „La „voye des arbitres est impraticable, & dont on ne peut „esperer aucun bon succés: autrefois les Cités libres de „la Grece constituerent certains juges, nommés Amphi„ctions, pour accorder toutes les contentions qui pour„roient survenir entre elles. De penser, que les Rois & „les Souverains en puissent venir a ce point, c' est se „tromper; cette voye est perilleuse pour l' interest, soit „d' affection, soit du voisinage, soit pour d' autres re„spects que peuvent avoir les juges dans des differens de „si grande importance.

„Tout

„Tout autant que nos Rois ont fait de conferen-
„ces depuis deux cens ans, elles n' ont de rien servi, qu'
„à aigrir les Princes, â embroüiller leurs pretentions; les
„jugemens, qui ont suivi, qu' ont ils operé, de rien po-
„ur le bien de la paix? car les arbitres ont jugé en fa-
„veur de ceux qui les ont envoyés. Et tous les pro-
„cês verbaux, qui nous restent de ces grandes Confe-
„rences, ne contiennent qu' une perpetuelle repetiti-
„on de droits anciens, qui sont autant de condamnati-
„ons de l' opinion de ceux qui s' imaginent, qu' il y a
„prescription entre les Princes Souverains.

XLII. *Ego* multum discriminis inter summos principes & privatos homines in eo intercedere, quod communem illi non habeant judicem, his magistratum juris sui obtinendi gratia adire liceat, & ubi parere sententiæ juris vel rei alienæ usurpator detrectat judiciali auctoritate & executione eundem cogere, facilime animo comprehendo; quod propterea præscriptionis inter gentes liberas fundamentum collabascat, illud vero exinde perspicere non possum. Certe sola & maxime genuina præscriptionis ratio non est, quam nunc Puteanus promit, ab iis, quarum ipse antea mentionem fecit, valde diversam, quod, qui longo temporis spatio siluerit, ex justæ caussæ defectu opem judicis non implorasse existimetur, cum etiam jurium optime fundatorum derelictio, omnem alterius tituli defectum supplens, colligi ex silentio diuturno possit, & lapsu temporis malæ fidei suspicio tandem pereat. Quatenus tamen cum alius hæc quoque ratio vel præsumtio naturali conjectura nitens conjungi nonnunquam (a) potest,

 per

(a) add. supra §. 30. fere in f.

per ea, quæ PVTEANVS affert, usus ejus inter gentes liberas non tollitur. Argumenti, quo præcipue pugnat, nervus in eo consistit, quoniam agere non valenti nulla currat præscriptio, locum huic inter Summos Principes non esse. Sed quemadmodum regula, quam fundamenti loco ponit, dextram ex naturali æquitate & civilium rerum genio interpretationem (b) recipit ita quod assumit, summos principes ob defectum communium tum legum præscriptionis tempora determinantium, tum judicum, possessionem aliena usurpantis, nisi vi & armis, interrumpere non posse, partim generaliter, quod probare vult, non probat, partim etiam omnino verum non est. De tempore, quod vel naturales conjecturæ, vel jus gentium, præscriptionibus inter gentes liberas præstituunt, nolo, quæ superius (c) dicta sunt, repetere. Solum illud, & quod maxime in quæstionem venit, *an* communium defectus judicium, quem hic agnoscimus, usucapioni officiat? examinandum est.

XLIII. Figurat PVTEANVS casum, quo principi destituto probis consiliis, debili, bellisque vel externis, vel civilibus involuto, primario ejusdem ministro connivente vel pecunia corrupto, reipubl. hominibus, opibusve exhausta, præcpiuam aliquam regni ditionem vicinus princeps eripit; & an eo rerum statu, ubi nulla juris persequendi facultas, lapsus temporis principi mille difficultatibus presso noceat, malæ fidei possessori prosit? interrogat. Cui si quis respondeat, ex casu excepto formare non deberi regulam, nescio an non speciose adornatæ objectionis robur illico concidat. Finge e-

(b) Vid. supra §. 16. (c) § 17. n. & §. 24.

ge enim mutari circumstantias, probas regi & fideles consiliarios adesse, cessare bella, vires crescere, aut per fœdera propriarum defectum virium suppleri posse, nihilominus tamen pro recuperanda provincia nihil tentari, idemne ferendum erit judicium? fieri autem vix potest, ut (a) intra longum temporis spatium nova rerum facies non subeat.

XLIV. Iam ut alia remedia desint, saltem (a) protestatio de jure fieri, aut, quod potius videtur, ad arbitros provocari potest. *Spreta* quidem *plerumque potentioribus* compromissi *via, digna tamen*, GROTIO (b) judice, *quam insistant æqui & pacis amantes. Fecere magni reges ac populi*, quicquid modum hunc a praxi alienum esse Puteanus contendat. Cumulavit exempla GROTIUS (c) ex antiqua & noviori historia, colloquiorum quoque usum eximie commendans (d). Et esto, plurima inter summæ fortunæ homines colloquia sine fructu dissolvi; quin magis incendi identidem illis animos: esto ambiguam sæpe & ancipitem in æquabili arbitrorum sententia fiduciam collocari, facile qua affectus, qua utilitatis cujusdam, frequentissime in talibus intervenientis, aliaque momenta ducunt, se inclinantium: constat tamen, ipsa etiam bella per tractatus & transactiones finiri; neque nunquam aliorum Principum ac Rerump. interventu quamlibet potentium litigatorum affectus in ordinem redigi. Verissimum autem est aureum Ciceronis (e) dictum: *Cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim; cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum:* con-

(a) add. supra §. 17.

(a) Grot. L. 2, c. 4. §. 6. (b) Grot. in not. ad l. 2. c. 23. §. 8. n. 1.

(c) d. l. in text. & not. (d) d. c. 23. §. 7. (e) L. 1. de Off. c. 11.

confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Venuste *confugiendum* ad posterius dixit, ut hunc modum non nisi subsidiarium esse, ad quem nunquam, si quis adhuc alius supersit, perveniendum sit, indicaret. Imo gentium jure, ob maxima incommoda, quæ ex spreto arbitrio, sequentibusque exinde bellis oriuntur, viam compromissi ab adversa parte respui non posse, haud sine aliqua probabilitate disputatum (f) video. Quo apprime faciunt à magno quondam Ostrogothorum Rege Theoderico ad Herulorum, Guarnorum, & Thuringorum Reges scripta (g): *Superbiam Divinitati semper exosam persequi debet generalitatis assensus. Nam qui vult opinabilem gentem voluntaria iniquitate subvertere, non disponit cæteris justa servare. Pessima consuetudo est despicere veritatem. Credit sibi omnia cedere, si elatum contigerit in abominabili certamine superare. Et ideo vos, quos conscientiæ virtus exigit, & consideratio detestabilis præsumtionis accendit, Legatos vestros una cum meis & fratris nostri Gundibaldi Regis ad Francorum Regem Ludovicum destinate, ut aut de se Visigotharum conflictu considerata æquitate suspendat, &* LEGES GENTIUM *quærat: aut* (particulam enim hanc disjunctivam inserendam esse ratio contextus jubet) *omnium patiatur incursum, qui tantorum arbitrium judicat esse temnendum. Quid quærit ultra, cui offertur absoluta justitia? Dicam plene, quod sentio: qui sine lege vult agere, cunctorum disponit Regna quassare.* Quod si alii vel ad arbitros provocationis, vel publicæ jurium suorum deductionis, protestationumque fructus non sunt, minimum derelictionis præsumtionem elident, ipsumque adeo naturale præscriptio-

(f) Tesinar. ad Grot. l. 2. c. 23 §. 8. lit. a. (g) Cassiod. l. 3. ep. 3.

ptionis fundamentum ſubvertent, ut clariſſime appareat, omnino etiam inter gentes liberas civilem aliquam poſſeſſionis interruptionem dari.

XLV. Addi forſan & illud poſſet, tantum diſcriminis inter ſummos principes & privatos homines effectum ratione difficultatis & facilitatis jus ſuum ab uſurpatoribus conſequendi, qualem PVTEANVS facit, non eſſe. Sicut enim anceps admodum res eſt, principem in bellum ruere: ita litis quoque inter privatos eventus dubius: juſtus utrobique metus labores, moleſtiæ, ſumtus, mala infinita (a). Vt bello ſubinde principes, ita multi litigantium forenſibus actionibus proſequendis ob paupertatem & ſimilia impares: quod illis inepti, mali, corrupti conſiliarii & miniſtri, his imperiti, negligentes, improbi advocati ſunt. Sed nolo iſta diffundere.

XLVI. Videbimus novum PVTEANI argumentum: „Ceux qui ont dit, que l' opinion negative repugnoit „au ſens commun de toutes les nations, ſemble, que „difficilement ils pourroient rêpondre à ce conſentement univerſel de tous les Rois & Princes Souverains, „qui n' ont jamais rabatu d' aucun point de leurs anciennes pretentions: aucuns mêmes ont retenu les titres „des Royaumes & Seugneuries pretendues, les autres les „armes & les titres enſemble, les autres les armes ſeulement, ſans joüir neantmoins d' un ſeul pouce de terre de leurs pretentions. Ainſi le Roy d' Eſpagne prend „le titre de Roy de Hieruſalem, de Duc d' Athene & de „Neopatrie, dont le Grand Seigneur joüit. Il ſe dit „Roy de Corſegue, dont les Genois ſont en poſſeſſion.

 „Il.

(a) Montan. de tutel. c. 33. n. 255. ſſ.

„Il pretend au Comté d' Emden, & en prend le titre, „Il n' en joüoit pas, mais un Seigneur particulier qui en „porte le nom. Tous les Princes de la Maison d' Aûtriche prennent en leurs titres celuy de Ducs de Bourgogne, dont le Roy de France joüit justement. Ils „prennent encore les titres de Comtes de Habspourg „& Kibourg, qui sont deux Comtés, que tiennent les „Cantons de Zuric & de Berne. Qui demanderoit à „Rome, si le Pape a perdu ses droits sur l' Angleterre, „depuis qu'il n' y à été reconnu; il ne faut pas s' imaginer, qu'ils croyent, que ce temps ait couru au detriment du S. Siege. Les Empereurs d' Alemagne pretendent droit de Souveraineté sur les Duchés de Prusse & de Livonie, encore qu'il y ait plus de deux cens „ans, que les Rois de Pologne soient reconnus à leur „exclusion. Ils ont aussi leurs pretentions sur la Suisse, „& les Provinces de Païs bas, combien qu'il y ait autant & plus d' années, qu' elles sont tenües en Souveraineté. Ils ont les mémes pretentions sur le Duché „de Sleswig, que les Rois de Dannemarc tinnent depuis „six cens ans. Celui, qui a ecrit le livre intitulé „SQVITINIO DELLA LIBERTA VENETA, ne „fait point de difficulté de revoquer en doute en faveur „de l' Empereur la liberté & Souveraineté, dont joüit „la Republique de Venise depuis plusieurs siecles, & „montre par des bons témoignages, quels ont été les „droits de l' Empire sur la Seigneurie de Venise. Les „Roys d' Angleterre retiennent le nom & les armes de „Rois de France, quoyque leurs pretentions soient ridicules. Les Roys de Dannemarc & de Suede retiennent les titres de Rois de Vandales, ou sont les Duchés „de

„de Pomeranie & de Mechelbourg & la ville de Lubec;
„& neantmoins ces Duchés & ces Villes sont possedées,
„par des Princes particuliers. Le Roy de Pologne
„prend le titre de Roy de Suede, des Gots & des Van-
„dales, que luy & ses descendants ne quiteront jamais,
„non obstant que le Roy de Suede prenne les mêmes
„titres. Les Rois de Hongrie prennent en leurs titres
„celuy de Rois de Dalmace, Croatie, Slavonie, Bosne,
„Bulgarie, Servie & autres Royaumes tenus ou par l'
„Empereur des Turcs, ou par la Republique de Venise.
„Les Rois de Boheme ont retenu le titre des Ducs de
„Luxembourg possedé par le Roy d' Espagne. Les
„Ducs de Savoye prennent les titres de Comtes de Ro-
„mont & de Barons de Vauld, que possedent les Suis-
„ses. Se disent aussi Comtes de Geneve, bienque cet-
„te Ville soit établie en Republique depuis longues an-
„nées. Ces mêmes Ducs ont d' anciennes pretentions
„sur le Royaume de Cypre, sur la Morée & sur l' Achaie,
„que possede le Turc. Les Ducs de Lorraine prennent
„les titres de Ducs de Calabre & de Gueldre possedées
„par le Roy d' Espagne: ont aussi en leurs titres celuy
„de Comtes de Provence, dont ils ne joüissent pas: &
„ils adjoûtent à leurs armes celles des Royaumes de Na-
„ples, de Jerusalem, de Hongrie & d' Aragon, qu'ils
„maintiennent leur appartenir. *Concludit denique:* A-
„prés cela peut on dire, que l' affirmative est le sens
„commun de toutes les nations, vûque tous les Rois de
„la terre ont une contraire sentiment?

XLVII. *Nobis*, quam difficilem fore PUTEANUS cre-
dit, responsio facilima videtur. Quoties enim summi
principes in terras aliquas tempore forsan omnem jam
huma-

humanam memoriam excedente, imo pluribus etiam seculis, aliorum potestati subjectas jura sibi salva prætendunt, solent illi, nisi utique plus inanis jactantiæ, quam solide rei subest, id quam maxime navare operam, ut, quamlibet naturalis possessio interversa sit, civiliter tamen sibi possessionem perstitisse appareat. Quod tantum abest, ut communi consensu gentium præscriptionis justitiam damnari evincat, vt contrarium manifeste probet. Et cui fini constans illa titulorum & insignium retentio (a) magis inservit, quam ut publico quondam facto jura pro derelictis aut abdicatis non haberi liqueat? quanquam scio, multum in talibus etiam soli nonnunquam consuetudini, multum aliquando & vanitati cuidam dari, quare nec validum ab iisdem interruptæ præscriptionis argumentum petere, quando alia facta & circumstantiæ derelictionem præsumi jubent, licet. Exempla, quæ illustris PVTEANVS, cumulate congessit, sigillatim excutere nec libet, nec opus est, postquam nihil nobis universa officiunt, tametsi, quæ circa unum, alterumve illorum, moneri aut notari possint, non desunt.

XLIIX. Sequemur eundem ad germanici Imperii, aliorumque nobilium Regnorum jura, Principibus, quando regimen auspicantur, injuste ablatorum recuperationem injungentia, simulque ad auctoritatem doctorum amplius provocantem: *Pour davantage confirmer cette opinion, il est bon de remarquer, que les Empereurs d' Alemagne promettent à leur Couronnement, de faire en sorte de reünir à l' Empire ce qui en a été usurpe sans limitation de temps, quelque connivence qu' il y ait eu de la part*

(a) Limn. ad Capit. Car. V. p 178. n. 28.

part de leurs predeceſſeurs. Ce qui fait dire a, CARPZOVIVS, *Aſſeſſeur à l' Eſchiquier de Leipſich en Miſne, au traite* DE CAPITVLATIONE CÆSAREA CAP. VII. (*ſect.* II. *n.* 22.) *Que l' Empereur ſuivant la promeſſe, qu'il fait aux Electeurs, eſt oblige de vendiquer, à l' Empire ce qui en ete uſurpe, ſans conſiderer le temps que l' uſurpation en a ete faite, & voicy la raiſon, qu'il en rénd:* REM BELLO AMISSAM BELLO REPETERE MERÆ FACVLTATIS EST, CVI NVLLA PRÆSCRIPTIO OPPONI POTEST. ET QVÆ VANITAS PRÆSCRIPTIONEM PRO IMPERII SALVTE INVENTAM IMPERII HOSTIBVS IN PESTEM IMPERII SVBSTERNERE?

Obrecht conſeiler. de la Republique de Strasbourg, ou traite DE REGALIBVS *eſt de même avis, principalement quand il eſt queſtion de quiter la Souverainete, voicy ce qu' il dit:* SEMPER VERO SVPREMA IMPERATORIS IVRISDICTIO PENES IMPERATOREM MANET, NEC VLLO TEMPORE ACQVIRI POTEST NON ENIM (VT INTERPRETVM VERBIS VTAMVR) EST IN MARSVPIO IMPERATORIS, SED INTER SACRA SANCTORVM REFERTVR.

Andre Alciate long Temps avant ces Docteurs avoit ſoûtenu, que l' on ne pouvoit precrire contre l' Empire.

Windek Profeſſeur en Theologie à Fribourg en Brisgau, au traite DE ELECTORIBVS IMPERII, *au chap. ou il ſoûtient, que les Princes & Villes d' Italie ne ſe ſont pû exemter de la totale juriſdiction de l' Empire, dit:* IACTENT, VT VOLVNT, SVAS PRÆSCRIPTIONES IVRISDICTIONVM, CERTVM TAMEN EST, EA QVÆ SVNT IVRIS IMPERII, CVM EIVS IA-

CTVRA

CTVRA ALIENARI, VEL IN PRIVATOS VSVS TRANSFERRI AC PRÆSCRIBI NON POSSE NEC EX CONCESSIONE REGALIVM MERI ET MIXTI IMPERII REGIAM, ABSOLVTAMQVE POTESTATEM EXTORQVERE POSSVNT ITALI. *A quoy sont conformes les Ordonnances des Royaumes de France, d'Espagne, de Pologne, Hongrie, & autres; & c'est l'avis de tous les Jurisconsultes de ces nations, qui ont tant soit peu consideré l'importance & la consequence de cette matiere.*

XLIX. Quod legem regiam Germanorum spectat, ad alia recuperanda Cæsares non obstringi, quam quæ inique Imperio erepta sunt & injuria detinentur, clarissima istius verba (a) indicant; neque potest etiam ullius voluntas populi eam principi regimen auspicanti conditionem præscribere, ut quæcunque unquam quovis modo juste, injuste, a regni corpore avulsa sint, eodem denuo conjungere allaboret; sed ex evidentissimæ æquitatis regulis, tametsi expresse addita non est, procul omni dubio tacitam, &, quomodocunque tandem verba concepta sint, necessariam restrictionem capit, quicquid ullibi publicarum legum, pactionumve talium occurrit (b). Quare nihil officit, de tempore limitationem aliquam Legi Regiæ, quæ Cæsarem amissa recuperare vult, adjectam non esse, cum ipsa natura rerum & jus gentium, ea, quæ pro derelictis haberi par est, jam tum exceperint. Dicat aliquis haud improbabiliter, saltem ipsas leges regias, si quando recuperari omnia

(a) Capit. Car. V. art. 9. Ferd. I. art 8. Max. II. art. 6. Rud. II. Matth. & Ferd. II. art. 8. Ferd. III. & IV. art 9. Leop. & Jos. art. 12. add. Carpzov. de L. Reg. c. 7. qu. 5. (b) add. supr. § 40.

omnia ſine valido titulo ablata jubent, omnem dereli-ctionis præſumtionem excludere. Nec abnuo, inſignem illis efficaciam adſcribi poſſe, & ſufficere eas minimum (c) *ad ſupplendas quotidianas & anniverſarias repetitiones & legationes; quæ nec requiruntur ad prævertendam ac interpellandam præſcriptionem, &, ut mores ſeculi ſunt, ſperuntur à poſſeſſoribus, qui neminem niſi Martem audiendum cenſent.* Sed ubi nullus ſpecialis actus teſtandi ſervandique juris cauſſa accedit, qui ad poſſeſſoris notitiam perveniat, valde vereor (d), ut infinita hujusmodi de Imperii, Regnive juribus non minuendis proteſtatio ad interrumpendam ſingulorum, eorumque bonæ fidei poſſeſſorum, præſcriptionem, utique in perpetuum, valere poſſit. Neque ea, quam ex CARPZOVIO PUTEANUS ſubjicit, ratione moveor, quod rem bello amiſſam bello repetere meræ facultatis ſit, cui nulla præſcriptio opponi poſſit. Nam ut taceam, ad omnes caſus, quibus ab imperiis aliquid avelli poteſt, eam non porrigi, etiam ea, quæ liberrimi arbitrii eſt agere vel non agere; in neceſſitatem abire poſſunt, ubi (e) certæ conjecturæ & circumſtantiæ libertatem abdicari produnt; & rem bello amiſſam repetere non tam meræ & ſimplicis facultatis eſt, quam ex certo aliquo jure quod præſcriptione vel derelictione omnino exſtingui poteſt, unice pendet, omne ſuum exinde fundamentum & æſtimationem trahens. Itaque ubi derelictionis interventu res prioris domini eſſe deſiit, bello quoque eandem

(c) Bœcl. ad Grot. l. 2. c. 4. p. 146. ſ. (d) Huber. de Jur. Civit. l. 1. ſect. 3. c. 9. n. 41. 43. ſ. (e) Grot. l. 2. c. 4. §. 15. & l. 3. c. 20. §. 60. Kœppen. dec. 1. n. 17. ſſ. n. 40. ſſ. Klock. de contrib. c. 16. ſ. 2. n. 79. ſſ. Cancer. reſol. p. 3. c. 4. n. 143. ſſ.

dem repetendi libertas exſpirat (f). Quod idem CARPZOVIUS vanitatis arguit, præſcriptionem pro Imperii ſalute inventam Imperii hoſtibus in peſtem Imperii ſubſternere, ad eam, quæ ex naturalibus conjecturis & jure gentium profluens nonniſi laxiori ſenſu præſcriptio dicitur, de qua ſola in præſenti disquirimus, nullo modo applicari poteſt. Jam venuſtulus ille ex amœnis Interpretum hortis floſculus, quod ſuprema jurisdictio *non* ſit *in marſupio Imperatoris*, *ſed inter ſacra ſanctorum* referatur, quam cito perit! ſi imperia quælibet, ut naſci potuerunt, ita etiam diſſolvi poſſe, & (g) omnes modos aut amittendi aut mutandi juris non minus adverſus unum Principem, Populumve, quam adverſus alios, valere opponitur. Et doceri velim, quo jure Gallia violentis Francorum invaſionibus ſubjugata ſupremæ Rom. Cæſarum jurisdictioni ſe ſubtraxerit, ſi *ſacra* illa *ſanctorum* nullo modo violari & in alienas manus transferri poſſunt. Si doctorum porro auctoritatibus pugnandum foret, pene integræ illorum phalanges, qui & inter gentes liberas, & contra obedientiam, & ipſius ſupremæ poteſtatis jura præſcribi poſſe, communi & unanimi conſenſu affirmant, in auxilium vocari poſſent. Sed in publici gentium juris quæſtionibus pauci fere ex Civilis & Canonici juris Interpretibus, acutum cernunt. Quibus tamen volupe eſt ab auctoritate præſidium doctrinis addere, legant licet GONZALEZIUM (h), ARNISAEUM (i), KLOCKIUM (k), atque ipſum

(f) add. Limn. ad Capit. Car. V. p. 176. ſſ. (g) Grot. l. 2. c. 22 §. 13. n. 2. Covarruv. c. peccatum p. 2. §. 9. n. 9. (h) ad c. 12. X. de præſcript. n. 4. (i) l. 2. de J. Maj. c. 2. n. 5. & 6. p. 183. ſ. (k) de contrib. c. 16. ſect. 2. n. 107.

ipsum etiam CARPZOVIUM (l); neque minus ea juvabit addere, quæ de novitate & iniquitate dogmatis de jure ditiones à majoribus unquam possessas recuperandi summis potestatibus semper integro contra AUBERIUM & CASSANUM disputavit CONRINGIUS (m).

L. Adducit denique pro adversa nobis sententia PUTEANUS magnos etiam maximorum principum ministros: *Suivant cette opinion le grand Chancelier de l' Empereur Charles V. en la conference de Calais de l' an.* 1521. *deduisit contre le Roy Francois I. les droits de son maitre sur le Duché de Bourgogne, sur les Comtés de Boulogne & de Guines: mais, ce qui sera etrange, soûtenoit, que le Comté de Toulose & de Narbonne, & Montpellier appartenoient à son maitre; il y adjoûta le Bearn, Foix & Bigorre, & les Comtes de Champagne & de Brie, pretentions anciennes & des plus anciennes & sans fondement. En suite de ce il dit, que le Roy de France usurpoit sur l' Empire le Dauphiné, la Provence, & le Royaume d' Arles. Contre cela le Chancelier de France ne se servit pas de la prescription, mais de bien autres moyens. Au grand traite de la delivrance du Roy François I. les memes instances furent faites & les memes réponses. En l' annee* 1567. *Elisabeth Reine d' Angleterre pressa le Roy Carles IX. de luy rendre la ville de Calais que les Anglois avoient possedee auparavant plus de deux cens ans. Le Chancelier de l' Hôpital fit reponse aux Ambassadeurs Anglois, que le droit des Rois de France etoit bien plus ancien & des le commencement de la Monarchie, de sorte que cette ville avoit ete plûtôt recouvree, que conquise par armes par les Francois, & que quelque longue possession que voulussent alleguer les Anglois, elle ne leur pouvoit*

(l) p. 2. c 3. d. 24 (m) in annot. ad c. 6. de fin. Imp. p. 28. ff. (n) Camden. Vit. Elisabeth. an. 1567.

servir, parce qu' entre les Princes la prescription n' a point de lieu. Voicy les propres termes, dons se sert l' Historien Anglois: Rex Carolus rem ad Consiliarios rejecit, e quibus Michael Hospitalius Cancellarius gravi & composita oratione in hanc sententiam disseruit: Quo jure Angli repetunt Caletum eodem etiam Lutetiam Parisiorum repetere posse. Hanc enim perinde ac illud bello acquisierant & utrumque bello amiseruut. Anglos jus novum in Caletum prætendere, Gallorum jus ipsi Regno esse coævum. Quamvis ducentos triginta plus minus annos possederint, jus tamen penes Reges Galliæ fuisse non minus, quam Ducatum Aquitaniæ & Normanniæ, quos Angli diu armis detinuerant. Gallos Caletum, uti etiam Ducatus illos, non bello acquisisse, verum recuperasse. Præscriptionem temporis, quam allegant, inter Principes locum habere nullum, sed jus semper valere. Et ex 12. tabulis adversus hostem æternam esse auctoritatem. Peut on dire, que les Principaux Officiers de ces grands Rois ayent ignore cette proposition? peut

on

on s' imaginer, que de Sieur de Selve Premier President de Paris un des grands hommes de son temps & ces autres officiers n'eussent pas oppose aux officiers de l' Empereur ce droit, s' ils eussent crû, qu'il eût ete entre le Roy leur maitre & l' Empereur?

LI. Vellem plenius, quæ Caleti anno 1521. inter Caroli V. & Francisci I. Cancellarios disputata sunt, sed & candide omnia, PVTEANVS retulisset, pateret forsitan, prorsus nihil exinde, quod opponi omnem inter gentes liberas longævæ possessionis usum neganti faveat, exsculpi posse. Esto enim: prætensiones etiam antiquas Caroli V. Minister moverit: uti talibus argumentis potuit, quæ præscriptioni non repugnaverint: potuit idem forte & Gallis antiqua jactantibus simile quid reponere, ut solent identidem inania solidis misceri. Certe ipsius PVTEANI de antiquioribus id judicium est, sine fundamento fuisse; quod in medio relinquere cogimur. In Arelatense tamen regnum, aliaque, minime obsoletas actiones Carolo V. competiisse, aliunde constat, qua propter nec opponi his præscriptio valide potuit. Addit PVTEANVS, in tractatu de liberatione Francisci I. eadem, quæ Caleti prætensa & responsa fuisse, quod si verum est, forte nec Caleti peritissimus ille jurium regis seu Præses Parisinus primarius, IOANNES SILVA, à diuturna possessione aliquid præsidii illis petere neglexit. Ecce enim in rationibus pro jure in ducatum Burgundiæ nomine regis & coronæ gallicæ Carolo V. propositis diserte adductum: *que ledit sieur Roy continuant la possession des trois Rois ses predecesseurs, c' est à savoir, Lovis XI. Charles VIII. & Lovis XII. dernier decede, lesquels avoient tenu & possede icelle Duché de Bourgogne*

gogne, comme unie & incorporee à la Couronne de France, PAR LE TEMS OV ESPACE DE QVARANTE ANS, ON ENVIRON. Excerpſi diſerta verba ex proteſtatione (a) Franciſci I. coram Silva & aliis Madriti, antequam tractatum pacis ſignaret, facta. Hæccine vir illuſtris diſſimulare voluit? an ignoraſſe credendus eſt, cum omnia regis chriſtianiſſimi ſcrinia excuſſerit? Sed demus nullam diuturnæ poſſeſſionis mentionem à Silva factam: an ideo jura corrunt, ſi qui, prudentiſſimi licet, regum aliquorum miniſtri ea non allegant? Fieri fere ſolet, ut, quæ contra alios promuntur tela, in eosdem alia occaſione viciſſim recidant. Credibile eſt ergo, non tam ex vera, quam ex affectata quadam ignorantia, imo callido potius & profundo conſilio proficiſci, ſi genuinum præſcriptionis inter liberas gentes uſum vel ſilentio ſupprimunt, vel omnino repudiant, illorum miniſteriis principum, regnorumque addicti, quibus id quam maxime conducit ſcilicet, omnia ab antiquo jura illibata ſervari, & quamlibet vaſtis prætenſionibus nullos temporum poni limites.

LII. Quæ, maximus quondam apud Gallos vir, Michael Hoſpitalius contra Anglos Caletum repetentes diſputans, adverſus præſcriptionis inter liberas gentes uſum protulit, a THVANO probe cæteroqui diſputationis momenta memorante (a) omiſſa video; an forte ideo, quod improbaret? certe non dixerim. Revera autem, quæ tunc Gallos inter & Anglos de Caleto controverſia agitabatur, non ex præſcriptionum jure

(a) Recueil des traites de France par Leonard. t. 2. p. 211.
(a) L. 39. fere in f.

re decidenda erat, ſed ex pactis noviſſimis, Trecenſi (b) ann. 1564. & eo, quod apud Caſtellum Cameracenſe an. 1559. initum (c), quo Galli Anglis Caletum ſe poſt octo annorum ſpatium elapſum reddituros diſerte promiſerant, ſed adjecta erat conditio, ſi novi quid intra octennium illud Galli aut Scoti molirentur, ſtatim oppido cedendum fore; ſin Angli, viciſſim regem chriſtianismum eo, quod promiſerat, non obſtrictum iri. Itaque in eo maxime quæſtio vertebatur, utrum jure ex conventione iſta quæſito Angli excidiſſent, nec ne? Cui excutiendæ quid opus erat ſolido fundamento fultis præſcriptionum jura convellere? Sed & conſiderari attentius merentur, quæ à PVTEANO adductis in Hoſpitali oratione apud CAMDENVM ſubjiciuntur: *Anglos in negotiis contrahendis admodum eſſe coſultos, in recenti tamen Tractatu Trecenſi, poſtquam bellum de Caleto potisſimum incboaſſent, ne Caleti quidem meminiſſe, ut agnoſcere viderentur ſe ſuo in Caletum jure omnino ceſſiſſe. Tractatum equidem Trecenſem novationem fuiſſe, ita ut Tractatus plane tunc fuerit renovatus; nec obſtare clauſulam illam* DE RENOVATIONIBVS IVRIVM; *cum tantum minutiora reſpiciat, & hoc de Caleto inter potiſſima cenſendum.* Vide, magnum illum Hoſpitalium claris verbis agnoſcere, quod regnorum jura etiam tacite derelinqui poſſint. Id quod Anglicus quoque legatus Thomas Smithus negare non audet, ſed *aſſurgens & ad Galliæ Conſiliarios converſus, Veſtram, inquit, fidem, qui adfuiſtis, appello, cum nos jus noſtrum ad Caletum diſertis*

K *verbis*

(b) v. Traite de paix a Troies t. 2. tract. Gall. p. 574. (c) art. item conventum, concordatum & concluſum eſt, quod dictus, & ar. item, conventum concordatum & concluſum eſt, quod durante. habetur. t. 2. des traites de France par Leon. p. 527. ſſ.

verbis reservandum urgeremus, vos omittendum, quia tempus nondum venerat; annon inter vos convenerit, ut tacite reservaretur sub clausula illa: Omnes aliae petitiones & demandae invicem remanebunt salvae & integrae: & pari modo exceptiones & defensiones hinc inde reservabuntur. Quod igitur Hospitalius contendit, præscriptionem temporis inter Principes locum habere nullum, sed jus semper valere, ex ipsis illis, quæ subjungit, limito, nisi jure suo, etiam tacite, cesserint & ejus generis præscriptio sit, quæ non nisi naturalibus conjecturis constet, utrum enim præscriptionem voces, quam nos inter Gentes liberas valere dicimus, an derelictionem præsumtam appelles, parum interest. Quod autem ex XII. tabulis Hospitalius addit: *adversus hostem æternam esse auctoritatem*, nihil aliud sibi vult, (d) quam eum, qui non sit civis Romanus, sed hostis, id est veteri illo stylo, peregrinus, quantumvis rem alienam possideat, idque continue & satis longo tempore, tamen usu, id est, possessione, auctoritatem, id est, dominium rei acquirere non posse, sed civi perpetuam vindicandi facultatem fore. Cujusmodi civilis Legislatio civium unice utilitatem & favorem respiciens contra eam præscriptionem, quæ ex naturali ratione procedit & communem liberarum Gentium tranquillitatem spectat, firmiter urgeri nequit. Conferre denique cum gravi illa & composita Hospitalii oratione PUTEANUS debuerat, quæ Smithus eidem respon-

(d) Cic. l. 1. Off. c. 12 & ibi eruditiss. Græv. p. 255. Rittershus. in 12. tabb. cl. 3 p. 2. c. 14. p. 135. Vinn. pr. inst. de usuc. num. 1.

respondisse apud ipsum, unde Hospitalii illa verba depromsit, CAMDENVM (e) legitur: *Se non exspectasse, ut tam obsoletum Gallorum jus ad Caletum ex profunda antiquitate repeteretur. Jam tandem autem perspicere, Quicquid Galli, quo jure, qua injuria, in possessionem semel attraxerint, id pro suo jure deputare, tanquam Jus iis solum esset in armis, & nihil inter esset, bona an mala fide possideant. Gallos existimare, se Caletum postliminii jure tenere, quod ex conventione tenent; nullam posteriorem conventionem admittere, & apud animum statuisse pactam de Caleto restituendo fidem neutiquam præstare. Hæc vero omnibus omnium rationum momentis præponderare.*

LIII. Imo vero præponderet potius, ut apud omnes moratas gentes debet, ita apud Gallos quoque, gentem non potentiæ solum atque bellici roboris fama ab omni retro memoria inclytam, sed & politissimam moribus, & optimarum quarumvis virtutum gloria emitescere avidam, solidissima illa, qua colophonem dissertationi nostræ addimus, apud GROTIVM (a) ratio: *sicut stultus non est civis, qui in civitate jus civile sequitur, etiamsi ob ejus juris reverentiam quædam sibi utilia omittere debeat; ita nec stultus est populus, qui non tanti facit suas utilitates, ut propterea communia Populorum jura negligat: nam sicut civis, qui jus civile per-*

K 2 *rumpit*

(e) p. 120.

(a) Proleg. §. 18.

rumpit utilitatis præsentis caussa, id convellit, quo ipsius, posteritatisque suæ perpetuæ utilitates continentur; sic & Populus jura Naturæ, Gentiumque violans suæ quoque tranquillitatis in posterum rescindit munimenta.

Circumretit (b) *enim vis atque injuria quemque:*
Atque, unde exorta est, ad eum plerumque revertit.
Nec facile est placidam ac pacatam degere vitam,
Qui violat factis communia fœdera pacis.

(b) Lucret. l. 5. p. 270. edit. Samur.

,
o-
n-

ia

ue

re